


Sermones

<https://hdl.handle.net/1874/347191>



Kast 179

Pl. A N^o. 39



x u s

der Bibliothek der Dominikaner
zu Breslau.

483. Leo I, Sermones. [Holl. druk]. Z. pl., n. en j. 4^o. 179. A. 39

138 bl. 37 r., gotisch type (M⁶¹ 109), geen sign. — HC 10015. — CA 1104. — Pr. 3248. — Bl. 1a: [1] Ncipit liber Beati Leonis pape Sermonum Et Sermo/ primus de ordinatione sua sequitur. // [7] Audem domini loquatur os meum: et nomē / sanctum... Bl. 138b, r. 15: ... scelus per patris exitum uoluit intulisse. Jhesus Cristus Maria. — Zie het facs. op blz. 122.

Op het schutbl. een ex-libris met symbolische voorstelling, waaronder monogram A S dooreengevlochten. Daaronder: „Aus der Bibliothek der Dominicaner zu Breslau". Het 1e bl. draagt den stempel: Ex bibliotheca Regia Berolinensi.

Jnc.

4960

Zie over dit boek de brief van Kuit Dily,
30 Maart 1962.



Panzer IV ~~p. 152~~ p. 152. n. 712.

Lexis suppl. p. 602.

Est autem liber impressus haud dubie in
Belgio. Cf. litterarum formas apud Meer-
mannum maxime in tab VIII ultimum specimen
e typographia Goudani^{*)} simillimum nostro in
Mucibis, in nonnullis tamen Nive sum.

*) 1680.

Kain I. 10015.

Das Breslauer Exemplar der Stadt hat
den Eintrag:

Rubr. 1472 in civitate Vratislaviensi

177. A. 39
Script liber Beati Leonis pape Sermorum Et Sermo
primus de ordinatione sua sequitur.



Audem domini loquatur os meum: et nomen
sanctum eius anima mea ac spiritus meus caro
et ligus mea benedicat. Quia non uerecunde
sed ingratis mentis uicium est. beneficia tacere
diuina et satis dignum est a sacrificiis domini
et laudis obsequium consecrati pontificis in
choare. quia in humilitate nostra memor fuit

nostri dominus et benedixit nobis. quia fecit michi mirabilia
magna solus. ut presentem me cerneret uestre sanctitatis effectio
quem fecerat necessitas longe peregrinationis absentem. Ago
igitur deo nostro gratias et semper adurus sum pro omnibus
que retribuit michi. uestri quoque fauoris arbitrium debita gratia
actione cōcelebro euidenter intelligens: quantum michi preuit
et reuerencie amoris et fidei studia uestre dilectioni impendere.
animarum uestrarum salutem pastoralis sollicitudine cupienti: qui tam
sanctum de me nullis admodum precedentibus meritis iudicium
ptulisset. Obsecro igitur per misericordias domini iunite uobis
quem desideratis appetitis: ut et spiritus gratie maneat in me. et
iudicia uestra non fluctuent. Presbet in cōmune omnibus nobis
pactis bonum: qui uobis unanimis studia infudit. ut omnibus
diebus uite mee. in omnipotentis dei seruitium. et ad uestra pa
tus obsequia cum fiducia possum dominum deprecari: Pater
sancte cōserua eos in nomine tuo quos dedisti michi. sepeque perfici
entibus uobis ad salutem magnificet anima mea dominum. et in
futuri retributione iudicij ita michi apud iustum iudicem sacerdo
ty mei ratio subsistat ut uos michi per bona opera uestra sitis
gaudium. uos corona: qui bona uoluntate sincerum presentis uite
testimonium prestistis. Honorabilem igitur michi dilectissimi
hodiernum diem fecit diuina dignatio. que dum humilitatem
meam in summum gradum puehit: quod neminem suorum sperneret
demonstrauit. Unde et si necessarium est trepidare demerito:
religiosum tamen est gaudere de dono. quoniam qui michi honoris
est auctor: ipse fiet administrationis adiutor. Et ne sub magni
tudine gratie succumbat infirmus: dabit uirtutem qui contulit



dignitatē. Recurrente igitur per suū ordinē die quo me domi-
nus Episcopalis officij uoluit habere principium. uera mihi in
gloria dei est causa letandi: qui mihi ut multū a me diligeretur
multa dimisit. et ut mirabilem faceret gratiam suā: eum mu-
nera sua cōtulit: in quo meritorū suffragia nō inuenit. Quo ope-
re suo dominus quid cordibus nostris insinuat: quidue cōmēdat
uisi ut de iusticia sua nemo psumat: et de ipsius misericordia ne-
mo diffidat: que tunc euidentius p̄minet quando peccator sancti-
ficatur: et abiectus erigitur: fleg enim de qualitate nostrorum
operum pendet celestium mēsurā donorum: aut in isto seculo in
quo tota uita temptatio est: Hoc unicuique retr. batur quod me-
retur: ubi si iniquitates obseruaret dominus: nullus iudicium suū
sustineret. Magnificate ergo dilectissimi dominum merum: et ex
altē? nomen ei? in inuicem: ut tota ratio celebritatis hodiernę
ad laudē sui referatur auctoris: Nam quod proprie ad effectum
animi mei pertinet cōfitebor me plurimū de omniū uestrū deuo-
cōe gaudere: Cumq; hanc uenerabilium cōsacerdotū meorum
splendidissimam frequēciam uideo: angelicū nobis in tot sanctis
seuicio interesse conuentum: Nec dubito nos abundantiore hodie
diuine presētie gracia uisitari: quando simul assunt: et uno lumi-
ne mirant tot speciosissima tabernacula dei: tot membra excellē-
tissima corporis ep̄i. Nec abest ut confido: ab hoc cetū etiam be-
atissimi apostoli Petri pia dignatio et fida dilectio: nec uestrā de-
uocōem ille deseruit: cui? nos reuerencia congregauit. De uest-
tro itaq; et ipse gaudet affectu et in consortibus honoris sui obser-
uanciam dominice institucōis amplectitur probans ordinatissimā
toci? ecclesie caritatem: que in Petri sede Petrū suscipit. et a
tanti amore pastoris nec in persona tā imparis tepescit heredis
Ut ergo hec pietas dilectissimi quam erga humilitatem meā una-
nimit̄ exhibetis: fructū sui laudy cōsequatur: misericordem dei
nostrī clementiam supplices obsecrate: ut in dieb? nostris expug-
net impugnātes. nos: muniat fidē uicā: multiplicet deuocōem ac di-
lectionē: augeat pacē: meq; seruulū suū quē ad ossēdēdas diuicias
gracie sue gubernaculis ecclesie uoluit presidere: sufficientē tā-
nto operi et utilē uestre defensionī dignetur efficere: et ad hoc
tēpora uestre seruitutis extēdere: ut proficiat deuotioni: quod
fuerit largitus etati. Per Xpm dominum nostrum Amen.

2

In Anniversario Die Assumptionis sue eiusdem Sermo de pontificatus qualitate secundum ordinem Melchisedech.

Volens nobis misericordia dei donorum suorum dies
renouare dignatur: iusta dilectissimi et rationabilis cau-
sa est letandi: si officij origo suscepti ad laudem sui referatur au-
toris: Hanc enim obseruanciam omnibus quidem sacerdotibus con-
gruam. sed mihi necessariam maxime esse cognosco: qui respici-
ens ad exiguitatis mee tenuitatem et ad suscepti muneris mag-
nitudinem: etiam ego illud propheticum debeo proclamare: Do-
mine audiui auditum tuum et timui: consideravi opera tua et ex-
pau. Quid enim tam insolitum tam pauendum quam labor fragili.
sublimitas humili. dignitas non merenti. et tamen non despera-
mus: neque deficiamus: quia non de nobis sed de illo presumimus
qui operatur in nobis. Unde et dauidicum psalmum dilectissimi
non ad nostram elacionem. sed ad ipsius domini gloriam consonis
uocibus cantauimus. Ipse est enim de quo propheticè scriptum est.
Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Hoc est
non secundum ordinem Aaron: cuius sacerdotum per propaginem sui
seminis currens temporalis ministerij fuit. et cum ueteris testa-
menti lege cessauit. sed secundum ordinem Melchisedech: in quo eter-
ni pontificis forma precessit: et dum quibus parentibus sit editus
non refertur: in eo ille intelligitur ostendi: cuius generatio non
potest enarrari. Denique cum huius diuini sacerdotis sacramentum
etiam ad humanas peruenit functiones: non per generationum
transmissionem: nec quod caro et sanguis creantur eligitur: sed
cessante privilegio patrum: et familiarum ordine pretermisso:
eos rectores ecclesia accipit: quos spiritus sanctus preparauit.
ut in populo adoptionis dei cuius uniuersitas sacerdotalis est: non
prerogativa terrene originis obtineat unctionem: sed dignatio
celestis gratie gignat antistitem. Quamuis ergo dilectissimi nos
ad explendam nostri officij seruitutem et infirmi inueniamur et
segni: dum siquid deuote et strenue agere cupimus: ipsius nostre
condicionis fragilitate tardamur. Habentes tamen incessabilem propi-
tiam omnipotentis et perpetui sacerdotis qui similis nostri equa-
lis patri diuinitate usque ad humana submisit: humanitatem usque ad
diuina puerit dignè et pie de ipsius constitutione gaudentes: quoniam

et si multis pastoribus curam suarum ouium delegauit: ipse tamē
dilecti gregis custodiam non reliquit. De cuius principali eter
nog presidio et Apostolici operis munimen accepim⁹: quod uti
q ab opere suo non uacat: et firmitas fundamenti cui totius
ecclesie supstruntur altitudo: nulla incumbentis sibi templi mo
le laceat. Soliditas enim illius fidei que in apostolorum prin
cipe est laudata: perpetua est: et sicut permanet quod in Chri
sto Petrus credidit: ita permanet quod in Petro Christus inhi
tuit. Cum enim sicut euangelica lectione reueratū est: interro
gasset domin⁹ discipulos: quem ipsum multis diuersa opinanti
b⁹ crederent: Respondissetq beat⁹ Petrus dicens: Tu es Christus
filius dei uiui: Domin⁹ ait: Beatus es Symon Bariona quia
caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in celis
est: Et ego dico tibi: quia tu es Petrus: et sup hanc petrā edifi
cabo ecclesiam meam: et porte inferi non preualebunt aduers⁹
eam. et tibi dabo clauēs regni celorum: et quodcumq ligaueris
sup terram: erit ligatum et in celis. et quodcumq solueris super
terram: erit solutum et in celis. Manet ergo dispositio uerita
tis. et beat⁹ Petrus in accepta fortitudine petre pseuerans
suscepta ecclesie gubernacula non reliquit. sic enim pre ceteris
est ordinatus: ut dum petra dicitur: dum fundamentum punci
atur: dum regni celorū sanctor constituitur: dum ligandorum sol
uendorumq arbiter mansura etiam in celis iudiciorum suorū
defunctione preficitur qualis ipsi cum Christo esset societas p
ipsa appellatōum eius mysteria noscerem⁹. Qui nunc plenius
et potencius ea que sibi cōmissa sunt: peragit. et omnes partes
officiorum atq curarū in ipso p quem est glorificat⁹: exequitur.
Si quid itaq a nobis recte agitur: recteq discernitur: Si quid
a misericordia dei quotidianis supplicatōibus obtinetur illius
est operum atq meritorum: cum⁹ in sede sua uiuit potestas. et ex
cellit autoritas. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa cōfessio que
a deo patre apostolico inspirata cordi omnia humanarū opinio
num incerta transcendit. et firmitatem petre que nullis impul
sionib⁹ quateretur: accepit. In uniuersa namq ecclesia Tu es
Christ⁹ fili⁹ dei uiui: quotidie Petr⁹ dicit: et omnis lingua que
cōfiteatur dominū: magisterio hui⁹ uocis imbuitur: Hec fides dy
abolū uincit. et captiuorū eius uincula dissoluit. Hec eruditos

3
mūdo uferit celo. et porte inferi aduersus eam preualere nō
possunt. Tanta enim diuinit⁹ soliditate munita est: ut eā neg
heretica unquā corrumpere prauitas nec pagana potuerit su
perare perfidia. Hys itaq; modis dilectissimi rationabili obse
quo celebratur hodierna festiuitas: ut in persona humilitatis
ille intelligatur: ille honoretur: in quo & omnium pastorum sol
licitudo cum cōmendatarum sibi ouium custodia perseverat: et
cui⁹ dignitas in indigno herede nō deficit. Vnde uenerabiliū
quoq; fratrum et consacerdotum meorum desiderata michi
et honoranda presentia hinc sacratior est et deuotior: si pie
tatem hui⁹ officij in quo adesse dignati sunt: ei principaliter de
ferunt: quem non solum hui⁹ sedis presulē: sed et omnū Epī
scoporum nouerunt esse primatem: Cum ergo exhortationes
nostras aurib⁹ uestre sanctitatis adhibem⁹ ipsum uobis cuius
uice fungimur loqui credite. quia et illi⁹ uos affectu monemus
et non aliud uobis q̄ quod docuit. predicam⁹. obsecrātes ut suc
cindi liberos mētis uestre castā et sobriā uitam in timore dei du
catis: nec concupiscencijs carnis mēs principat⁹ sui oblita consē
ciat. Breuia et caduca sunt terrenarum gaudia uoluptatum.
et ad eternitatem uocatos a semitis uite conantur auertere.
Fidelis ergo et religios⁹ animus ea que sūt relesha cōrupiscat
et diuinarum promissionum audus in amorem se incorruptibilis
boni et in spem uere lucis attollat: Certi autem estote dilectissi
mi q̄ labor uester quo uicys resistitis: et carnalibus desiderijs
repugnatis placēs in conspectu dei est atq; pretiosus: flet solum
uobis sed etiam mihi apud dei misericordiam profutur⁹: quia
de profectu dominici gregis gloriatur cura pastoris: Corona
mea sicut Apostol⁹ ait et gaudium uos estis: si fides uestra que
ab initio Euangely in uniuerso mundo predicata est. in dilecti
one et sanctitate permansit. Nam licet omnē ecclesiam que in
toto est orbe terrarum: cunctis oporteat florere uirtutib⁹: uos
tamen precipue inter ceteros populos decet meritis pietatis
excellere quos in ipsa apostolice petre arce fundatos domin⁹
uoster Ihesus Xps cum omnib⁹ redemit et beat⁹ apostol⁹ Pe
trus erudiuit Per eundem Christum dominum nostrū Amen.

Ciuidem de Anniversario pontifice sue assumptionis
die Sermo Tercius.

Audeo dilectissimi de religioso uestre deuotionis affectu
et deo gratias ago: q̄ in uobis pietatem piane unitatis
agnosco. Sicut enim ipsa frequentia uestra testatur: intelli-
tis hui⁹ diei decursum ad cōmunem leticiam pertinere. et ho-
norem celebrari toti⁹ gregis p̄ annua festa pastoris. Nā licet
uniuersa Ecclesia dei distinctis ordinata sit gradibus: ut ex di-
uersis mēbris sacrați corporis subsistat integritas: nos tamē om-
nes sicut ait Apostolus in Christo Ihesu unum sumus. nec quī-
quā ab alteri⁹ ita est diuis⁹ officio: ut non ad cōnexionem perti-
neat capitis cuiuslibet humilitas porciōis. In unitate igitur fī-
dei atq; baptismatis indiscreta nobis societas dilectissimi et ge-
neralis est dignitas. secundum illud beatissimi Petri apostoli
sacratissima uoce dicentis: Et ipsi tamq̄ lapides superedifica-
mini in domos spirituales sacerdotū sanctū offerētes spirituales
hostias acceptabiles deo p̄ Ihesum Christū. et infra. Vos autē
gen⁹ electum regale sacerdotium gens sacra popul⁹ acquisitiōis.
Quis enim in Christo regeneratos crucis signū: efficit reges.
Sancti uero spirit⁹ unctio cōsecrat sacerdotes: ut preter illam
spiritalem nostri ministery seruitutem uniuersi spirituales ra-
tionabiles existēti agnoscat se regy generis et sacerdotalis of-
ficy esse consortes. Quid enim tam regiū q̄ subditum deo ani-
mum corporis sui esse rectorem: Et quid tam sacerdotale q̄
uouere domino cōscienciam purā et unmaculatas pietatis hosti-
as de altari cordis offerre: Quod cum omnib⁹ p̄ dei gratiam
cōmune sit factū religiosū tamē uobis atq; laudabile ē de die p̄
uocationis uestre quasi de proprio honore gaudere. ut unū ce-
lebratur in toto ecclesie corpore pontificy sacramentum: quod
effuso benedictionis ungento copiosi⁹ quidem in superiora pro-
fluxit sed non parce etiam inferiora descendit. Cum itaq; di-
lectissimi de cōsortio illi⁹ muneris magna sit nobis materia cō-
munium gaudiōrū uerior tamen uobis et excellencior erit cau-
sa letādi: si non in uestre humilitatis cōsideracione remoremi-
ni. cum multo utili⁹ multo sit digni⁹ ad beatissimi apostoli glo-
riam cōtemplandam aciem mentis attollere. et hunc diē in il-

4
lius potissimum ueneracōe celebrare: qui ab ipso omnium cha-
rismatū fonte tam copiosis est irrigacōib⁹ inundatus: ut cū mul-
ta sol⁹ acceperit: nihil in quēq; sine illius participacōe trālerit
Verbū enim caro factū fuerat: & habitabat iam in nobis: ut re-
pādo humano generi totū se Christi⁹ impēderet: nihil indispo-
situm sapientie: nihil erat arduum potestati. famulabantur ele-
menta. ministrabāt spirit⁹. angeli seruebant. nec ullo modo po-
terat inefficax esse sacramentum: quod simul ipsi⁹ deitatis uni-
tas opabatur: et trinitas. et tamen de toto mundo un⁹ Petr⁹
eligitur: qui et uniuersarum gentiū uocatōi et omnib⁹ aposto-
lis cunctisq; ecclesie patribus preponatur: ut quāuis in populo
dei multi sacerdotes sint: multiq; pastores: omnes tamē regat
Petrus: quos principaliter regit et Christi⁹. Magnum et mi-
rabile dilectissimi hui⁹ uiro cōsortium potēcie sue tribuit diui-
na dignatio. et si quid cum eo cōmune ceteris uoluit esse prin-
cipib⁹: numq; nisi per ipsum dedit. quicquid alijs non negauit.
Omnes deniq; apostolos domin⁹ quid de se homines opinen-
tur: interrogat. et tam diu respondendum cōmunis est: quādiu
humane intelligēcie ambiguitas explicatur. At ubi quid habeat
sens⁹ discipulorū exigitur: primus est in domini cōfessione qui
prim⁹ est in apostolica dignitate. qui cum dixisset: Tu es Chri-
stus fili⁹ dei uiui: Respondit ei Ihes⁹: Beat⁹ es Symon Bar-
iona quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus
qui in celis est: id est ideo Beatus es: quia pater meus te do-
cuit. nec terrena opinio te fecellit: sed inspiratio celestis te in-
struxit. et non caro et sanguis sed ille me tibi cui⁹ sum unigeni-
t⁹ filius indicauit: Et ego inquit dico tibi: hoc est sicut me⁹
pater tibi manifestauit diuinitatem meam: ita et ego tibi no-
tam facio excellēciā tuā: quia tu es Petr⁹. id est cum ego sum
inuiolabilis petra: ego lapis angularis qui facio utraq; unum:
ego fundamētū preter quod nemo potest aliud ponere: tamē
tu quoq; petra es: quia mea uirtute solidaris: ut que mihi po-
testate sunt propria: sint tibi meū participacōe cōmunia. Et
super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi
non preualebunt aduers⁹ eam: Super hanc inquit fortitudi-
nem eternum extruam templum: et ecclesie mee celo inseren-
da sublimitas in hui⁹ fidei firmitate consurget. hanc cōfessionē

porte inferi non tenebunt: mortis uincula nō ligabunt: uox
enim ista uox uite est: Et sicut confessores suos in celestia p
uehit. ita negatores ad inferna demergit. propter quod dicit
beatissimo Petro: Tibi dabo clauēs regni celorum. et quicūq;
ligaueris sup̄ terram: erunt ligata et in celis: et quicūq;
solueris sup̄ terram: erunt soluta et in celis. Transiit quidē in
alios apostolos uis potestatis illius: et ad omnes ecclesie prin
cipes decreti hui⁹ constitutio cōmeant: sed non frustra uni
cōmendatur: quod omnib⁹ intinetur. Petro enim ideo hac sin
gulariter creditur: quia cunctis ecclesie rectoribus Petri for
ma preponitur. Manet ergo Petri priuilegium ubicūq; ee
ip̄ius fertur equitate iudicium. flet nimis est seueritas uel
remissio ubi nihil erit ligatum nihil solutum nisi quod beat⁹
Petr⁹ aut soluerit aut ligauerit: Instate autē passiōe sua que
discipulorū erat turbatura cōstancia Symon inquit Symō ec
ce sathanas expositulauit uos: ut cerneret sicut triticum. Ego
autem rogam p te ut non deficiat fides tua. et tu aliquando
cōuers⁹ confirma fratres tuos: ut non intres in temptationē
Cōmune erat omnibus apostolis periculum de temptatione
fortitudinis ⁊ diuine protectionis auxilio pariter indigebant
Quoniam dyabolus omnes exagitare omnes cupiebat elidere
et tamen specialis a domino Petri cura suscipitur. Et pro fi
de Petri proprie supplicatur. tanquam aliorum status certior
sit futur⁹. si mens principis uida non fuerit. In Petro ergo
omniū fortitudo munitur: et diuine gracie ita ordinatur auxi
lium: ut firmitas que per Xpm Petro tribuitur. per Petrū
apostolis cōferatur. Cum itaq; dilectissimi nostri tantum nobis
uideamus presidium diuinit⁹ institutum rationabiliter et ius
te iudicis nostri meritis et dignitate letamur: gracios agētes
sempiterno regi redemptori nostro domino Ihesu Christo
qui tantam potentiam dedit ei: quem tot⁹ ecclesie principem
fecit. ut siquid etiam nostris temporibus recte p nos agitur:
recteq; disponitur. illius operibus illius sit gubernaculis depu
tandum. cui dictum est: Et tu conuers⁹ confirma fratres tuos.
Et cui post resurrectionem suam ad trinā eterni amoris pro
fessionē: mystica insinuacōe ter dixit: Pascue oues meas. Quod
uox quoq; protuldubio facit. ⁊ mandatum domini pi⁹ pastor

exequitur: confirmans nos cohortationib⁹ suis et pro nobis
orare non cessans ut nulla temptatōe superemur: Si autem
hanc pietatis suę curam omni populo dei sicut credēdum est
ubiq⁹ pretendit: quātomagis nobis alumniis suis opem suā dig
natur impendere: apud quos in sacro dormitiōis thoro eadē
qua presidet carne requiescit: Illi ergo hunc seruitutis no
bre natalicium diem illi ascribam⁹ hoc festum: cui⁹ patroci
nio sedis ipsius meruimus esse consortes. auxiliante nobis p
omnia gracia domini nostri Ihesu Xpi qui uiuit et regnat cū
deo patre et spiritu sancto in secula seculorum Amen.

De collectis eiusdem Sermo Primus:

*M*ultis diuinarū scripturarum testimonijs edocemur
quantum elemosinarum meritum et quāta sit uirt⁹
Certū ē enim unūquemq⁹ nostrum anime sue benefa
cere: quociens misericordia sua inopie succurrit aliene. Pro
pterea ergo et facilis dilectissimi apud nos largitas esse debet: si
credim⁹ sibi unūquemq⁹ id prestare: quod indigentib⁹ tribuit.
Thesaurum enim suum condit in celo qui Xpm pascit in pau
pere. Benignitatem itaq⁹ in hoc et dispensatōem diuine pieta
tis agnosce. Ideo enim te abundare uoluit: ut per te alius
non egeret. et per ministerium operis tui pauperem ab ege
tatis labore teg⁹ a peccatorum multitudine liberaret. o mira
prouidencia creatoris: ut uno facto duob⁹ uellet esse succur
sum. Ventura igitur dominica dies collectarū futura est. Hor
tor et moneo sanctitatē uestrā: ut singuli quiq⁹ et pauperū me
mineritis. et uestri. et pro possibilitate uirium uestrarū intel
ligatis in egentibus Xpm: qui tantū nobis pauperes cōmenda
uit. ut se in ipsis uestiri ac suscipi testaretur et pasci Xps de⁹
noster qui cum patre et sancto spiritu uiuit et regnat in secu
la seculorum. Amen.

De Collectis eiusdem Sermo Secundus

*X*istum uobis dilectissimi et familiare mandatum pasto
rali predicam⁹ hortatu. ut in opere misericordie su

deatis esse deuoti: Quod etiam si numq̃ a uestra sanctitate negligitur: nunc tamen promp̃t̃ est & impensius exequendū quia primus collectarum dies saluberrime a sanctis patribus institut⁹ hoc exigit: ut unusquisq̃ put uotium atq̃ possibile ē: in ul⁹ atq̃ elemosinam pauperum de uestris facultatibus conferatis: Scientes preter illud regenerationis laucrum in quo uniuersorum ablute sunt macule peccatorum: hoc remedium infirmitati humane esse donatum: ut siquid culparum in hac terrena habitacōe contrahitur: elemosinis deleatur. Elemosine enim opera caritatis sūt et scim⁹ q̃ caritas operit multitudinem peccatorum. Proinde dilectissimi in secundā feriā spontaneas collectas uestras sollicite preparate. ut quicquid uobis de temporalib⁹ substantiis dempseritis: id multiplicatū in eterna retribucōe sumatis.

De Collectis eiusdem Sermo tercius:

Christiane pietatis est dilectissimi ut que apostolicis sūt traditōib⁹ instituta: perseveratī deuotione seruētur Nam illi beatissimi discipuli ueritatis hec diuinit⁹ inspirata cōmendauere doctrina: ut quociens recitas pagavorum insuppliētib⁹ eorū esset intērior: tūc precipue popul⁹ dei oracōib⁹ et operibus pietatis instaret. Quoniam immūdi spiritus quantū errore gētiliū letātur tantū uere religionis obseruācia atterūtur. & augmenta iusticie urunt impietatis autorem. cui⁹ impia et prophana cōmenta beat⁹ magister gentium preceuebat. cum uoce apostolica diceret: Nolite iugum cum infidelib⁹ ducere que enim participatio iusticie cum iniquitate: aut que societas lucis ad tenebras: et deinde uocem prophetici spiritus addidit dicens: Ep̃te ep̃te de medio eorum. et separamini dicit domin⁹ et immundum ne tetigeritis. Vnde quoniam ad destruendas antiqui hostis insidias in die quo impy sub ydolorum suorum nomine dyabolo seruiebāt: providentissime in sacra ecclesia prima est instituta collectio: uolum⁹ dilectionem uestram terciā feriā per omnes regionum uestrarum ecclesias cum uoluntariis oblatōib⁹ elemosinarum conuenire. in quo opere et si non est omnium equalis facultas: debet esse par pietas. quoniam fide

6
lium largitas non de muneris pensatur pondere: sed de beni-
uolencie quantitate. Habeant in hoc misericordie cōmertio
etiam pauperes lutrum. et ad sustentacōem egencium de quan-
taciūq; substantia aliquid: quod eos non contristet: excerpant
Sit diues munere copiosior: dum pauper animo non sit infe-
rior. Quamuis enim maior speretur redditus de maiore se-
mente. potest tamen de exigua sacōe mult⁹ fruct⁹ provenire
iusticie: Iust⁹ est enim iudex n̄r. et uerax. qui neminē fraudat
mercede meritorum. Et ideo nos curam pauperum uult ha-
bere: ut in futuro retribuciōis examine misericordiis quam
promisit: misericordiam largiatur Xps deus noster. Qui cum
patre ⁊ spiritu s̄cō uiuit ⁊ regnat in secula seculorū. Amen.

De Collectis et Elemosina eiusdem Sermo Quart⁹.

Misericordia dilectissimi et iusticia dei formam retribu-
tionum suarum a mundi constitucōe disposita p̄ doctri-
nam domini nostri Ihesu Christi benignissima nobis explicacōe
relerauit: et acceptis rerum significacōibus que futura credi-
mus tamq; gesta noscerem⁹. Sciebat enim redemptor noster
atq; saluator quantos fallacia diaboli per totum mundū spar-
sisset errores et quoniā multis sup̄stitionib⁹ maximā sibi p̄tē
humani generis subdidisset. Sed ne ultra per ignorantiam
ueritatis creatura ad ymaginem dei condita in precipicia per-
petue mortis ageretur: euāgelicis paginis iudicij sui inseruit
qualitatē que omnē hominem a callidissimi hostis reuocaret
insidijs: cum iam nulli esset incognitum: que bonis speranda
premia: et que malis essent inferenda supplicia. Intētor namq;
ille auctorq; peccati primum supbus ut caderet: deinde inui-
d⁹ ut noceret: quia in ueritate non stetit: totam uim suā in mē-
dacio collocauit. Omniaq; deceptionum genera de hoc uene-
natissimo artis sue fonte produxit. ut ab illo bono quod ipse
propria elacōe p̄diderat: spem humane deuotiōis excluderet
Coliq; in consorcium dampnationis sue traheret: Ad quorum
ipse reconciliacionem pertinere nō posset. Quicquid igitur ho-
minū quibuscūq; impietatib⁹ de⁹ lesit huius fraude traductū
hui⁹ ē nequitia deprauatum. facile enim in omnia flagitia in-

pulit: quos religione decepit. Sciens autem deum non solū
uerbis sed etiā factis negari: multis quib⁹ auferre non potuit
fidem. sustulit caritatem: et agro cordis ipsorum auaricie radi
ribus occupato spoliavit fructu operum: quos non priuauit con
fessione labiorum. Propter has ergo dilectissimi uersucias hos
tis atqui scire nos uoluit ineffabilis benignitas Christi quid
in die retribucōis de uniuersitate hominū esset decernendū
ut dū in hoc tempore legitimorum remediorum medicina
probetur: dū elisis reparacō non negatur. et qui diu fuerūt
Steriles: possunt tandem esse fecundi. Preueniatur disposita
censura iusticie. et numq̃ a cordis oculis diuine discriptionis
ymago discedat. Veniet ergo in maiestatis sue gloria domin⁹
sicut ipse predixit. aderitq̃ cū eo radians in splendorib⁹ suis
innumerabilis angelicarum multitudo legionum. Cōgregabū
tur ante thronū potēcie eius omnium gentium populi et quic
quid hominum uniuersis seculis toto orbe terrarum progeni
tum est: in conspectu iudicantis assabit. Separabuntur ab in
iustis iusti a nocentibus innocentes. et cum preparatum sibi
regnum recensitis misericordie operibus filij pietatis accepe
rint: exprobrabitur duricia sterilitatis iniustis et nihil haben
tes sinistri commune cum dextris in ignem ad diaboli et āge
lorum eius tormenta dispositum omnipotentis iudicis damna
cie mittentur. cum illo habituri pene cōmunionem: cui⁹ ele
gerunt facere uolūtatem. Quis igitur illā sortem eternorum
cruciatum non ptimeat: Quis mala numq̃ finiēda nō time
at: sed cū in deo denunciata sit seueritas ut misericordia que
reretur: in dieb⁹ presētibus cum misericordie est largitate ui
uendum: ut homini post periculosa negligenciā ad pietatis ope
ra reuertēti possibile sit ab hac sententia liberari. Hoc enim
agit potencia iudicis hoc gracia saluatoris ut relinquat impi⁹
uias suas ⁊ ab iniquitatis sue cōsuetudine discedat: miseratur
pauperū qui sibi uolunt parcere Christum: faciles sint in ali
menta miserorum: qui cupiunt ad societatem peruenire fide
lium: Non sit uilis homini homo: nec in quoq̃ despiciatur illa
natura: quā rerum cōditor suam fecit. cui enim laborantiū li
cet negare: quod Christus sibi profitetur impendi: Iuuatur
conferu⁹: et gratiam refert domin⁹. Cibus egeni regni celestis

4
precium: & largitor temporalium heres efficitur eternorum
Unde autem exigua ista impendia tanta estimari sapientia me
ruerunt: nisi quia pondera operum caritatis lance pensantur
et cum amatur ab homine quod deus diligit: merito in eius ascen
ditur regnum: in cuius transitur affectu. Ad horum ergo ope
rum dilectissimi piam curam dies nos apostolice institutionis in
uitat: in quo sacrarum collectionum prima collatio est prudenter a
patribus et utiliter ordinata: ut quia in hoc tempore gentilis
quondam populus superstitiosus demonibus seruebat: contra ppha
nas hostias impiorum sacratissima nostrarum elemosinarum ce
lebraretur oblatio. Quod quia in elementis ecclesie fructuosis
simum fuit: placuit esse perpetuum. Unde hortamur sanctitatem
vestram ut per ecclesias regionum uestrarum quarta feria de
facultatibus uestris quantum suadet possibilitas et uoluntas ad
expensas misericordie conferatis: ut possitis illam beatitudinem
promereri: in qua sine fine gaudebit: qui intelligit super egenum
et pauperem. Ad quem intelligendum est dilectissimi sollicita
benignitate uigilandum: ut quem modestia cogit et uerecun
dia impedit: inuenire possimus. Sunt. u. qui palam poscere ea
quibus indiget: erubescunt. & malunt miseria tacite egestatis affli
gi: quam publica petitione confundi. intelligendi ergo illi sunt: et ab
occulta necessitate subleuandi: ut hoc ipso amplius gaudeant cum
et paupertati eorum consultum fuerit: et pudori. Recte enim
in egeno et paupere ipsi Ihesus Christi domini nostri persona
sentitur. Quoniam cum esset diues: sicut dicit apostolus: inops
factus est: ut nos sua paupertate ditaret. et ne deesse sui pre
sentia uideretur: ita humilitatis et glorie sue temperauit myste
rium: ut quem regem et dominum in maiestate patris adora
mus: eundem in suis pauperibus pascereamus. liberandi ob hoc
in die mala a damnatione perpetua et pro intellectui pauperis
cura regni celestis coloribus inserendi. Ut autem in omnibus
dilectissimi placeat domino uestra deuotio etiam ad hanc uos
hortamur industriam: ut manicheos ubicumque latentes uestris
presbyteris publicetis. Magna est enim pietas prodere la
tebras impiorum: et ipsum in eis cui seruiunt dyabolum debel
lare. Contra istos enim dilectissimi omnem quidem orbem
terrarum et totam ubique ecclesiam licet fidei arma arripere:

Sed uestra in hoc opere deuotio debet excellere: qui pro ge-
nitoribus uestris euangelium crucis Christi ab ipso beatissi-
morum apostolorum Petri et Pauli ore didicistis. Non sinā-
tur latere homines qui legem per Moysen datam in qua de
uniuersitatis conditor ostenditur: recipiendā esse nō credūt. p-
phetis et sancto Spiritui contradicunt. psalmos Dauidicos qui
per uniuersalem ecclesiam cum omni pietate cantantur: dam-
nabili impietate ausi sunt refutare: Christi domini natiuitatē
scdm carnem negant. Passionem et resurrectionem eius simu-
latā dicunt fuisse: non ueram. Baptismum regeneracōis to-
tius gracie uirtute dispoliant. Nichil est apud eos sanctū: nichil
integrum: nichil uerum. Cauendi sunt: ne cuiq; noceant. prodē-
di sunt: ne in aliqua ciuitatis nostre parte consistant. Vobis
dilectissimi ante tribunal domini pderit: quod indicim⁹: quod
rogamus. dignum est enim ut elemosinarū sacrificio et hui⁹
operis palma iugatur. auxiliāte nobis per omnia domino Jhe-
su Christo: Qui uiuit et regnat in secula seculorum Amen

De Collegiis et Elemosinis eiusdem Sermo Cunct⁹

Postolice tradicōis dilectissimi instituta seruantes pa-
storali nos sollicitudine cohortamur: ut diem quem il-
li ab impiorum supersticiōe purgatum misericordie operibus
cōsecrarunt: deuotione religiose cōsuetudinis celebrem⁹. oñē-
dentes apud nos autoritatem patrum uiuere: eorumq; doctri-
nam in nostra obediencia permanere. Quoniam sancta tante
cōstitutionis utilitas non preterito tātum tempore sed etiā no-
stre prospexit etati: ut quod illis profuit ad destructionē uani-
tatum: hoc nobis proficeret ad incrementa uirtutum. Quid au-
tem tam aptum fidei: quid tam conueniens pietati: q; egenciū
uiuare paupertatem: infirmorum curam recipere: fraternis
necessitatib⁹ subuenire et conditionis proprie in aliorum la-
borem meminisse. in quo opere quantum quis possit quantumq;
non possit sol⁹ ueraciter: ille discerpit: qui nouit quid quib⁹q;
contulerit. Non solum enim spirituales opes et dona celestia
deo donante capiuntur: sed etiam terreue et corporee facul-
tates ex ipsi⁹ largitate proueniunt ut merito rationem eorū

8
quesiturus sit: que non magis possidenda tradidit q̄ dispensa
da cōmisit. Muneribus igitur dei iuste et sapienter utendum
est: ne materia boni operis fiat causa peccati. Nā diuicie qui
dem quantum ad ipsas species earum atq; substantias ptinet
bone sunt. et humane societati plurimum prosunt: cum a beni
uolis habentur et largis nec illas aut luxurios⁹ prodigit. aut
auarus abscondit. ut tam pereant: male condite. q̄ insipienter
expenſe. Quamuis autem laudabile sit intemperanciam fuge
re: et turpium voluptatum damna uitare: multig magnifici de
dignentur facultates suas oculere & inter copias affluētes
uilem atq; sordentem horreant parcitatem: non est tamen ta
lium aut felix habundancia aut probanda frugalitas: si ipsis
tantum proprie opes seruiunt. si eorum bonis nulli iunātur
pauperes: nulli nouentur infirmi. si de magnarum abundan
cia facultatum non captiu⁹ redemptionem: non peregrin⁹ so
laciū: non exul sentit auxiliū. Huiusmodi diuites egencio
res sunt omnib⁹ egenis: perdunt enim illos reddit⁹ quos pos
sunt habere perpetuos. et dum breui nec semper libero in
cubant ului nullo iusticie cibo nulla misericordie suauitate pas
cuntur: foris splendidi: int⁹ obscuro abundantes temporalū:
inopes eternorum. quia ipsi animas suas fame afficiunt: et nu
ditate de honestant: qui de hys que terrenis horreis cōmenda
runt: nichil thesauris celestib⁹ intulerunt. Sed forte sūt ali
qui diuitum: qui licet nullis largicionib⁹ pauperes ecclesie so
lent adiuuare. alia tamen mandata dei custodiant: et inter di
uersa fidei et probitatis merita ueniabiliter sibi estimant unā
deesse uirtutem. Verum hec tanta est: ut sine illa cetera et
si sint: prodesse non possint. Quamuis enim quis fidelis sit
et castus et sobri⁹ et alijs morib⁹ ornatus insignibus: miseri
cors tamen si non est: misericordiam non meretur. Apt enim
domin⁹. Beati misericordes quoniā ipsorum miserebitur de
us. Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua et se
derit in throno glorie sue: et cōgregatis omnib⁹ gentibus bo
norum et malorum fuerit facta discretio. in quo laudabuntur
qui ad dexteram dei stabunt: nisi in operibus beniuolencie et
caritatis officijs que Ihesus X̄ps sibi impensa reputabit quo
niam qui naturam hominis suam fecit. in nullo se ab humilita

te discreuit. Sinistris uero quid obicietur nisi neglectus dilectionis: duricia inhumanitatis: et pauperibus misericordia de negata: quasi nec alias uirtutes dextri nec alias offensiones habeant sinistri. Sed illo magno summo iudicio tanti estimabitur uel largitatis benignitas: uel tenacitatis impietas: ut pro plenitudine omnium uirtutum et pro summa omnium commissorum et per unum bonum illi introducatur in regnum: et per unum malum illi mittantur in ignem eternum. Nemo igitur dilectissimi de ullis sibi bone uite meritis blandiatur. si illi de fuerint opera caritatis: nec de sui corporis puritate securus sit: qui nulla elemosinarum purificatione mundatur. Elemosine enim peccata delent: mortem perimunt: et penam perpetui ignis extinguunt. Sed qui ab earum fructu fuerit uacuum: erit ab indulgentia retribuentis alienus. dicente Salomone: Qui obturat aures ne audiat imbecillum: et ipse uocabit dominum: et non erit qui exaudiat eum. Unde et Theobias filium suum preceptis pietatis instruens: Ex substantia inquit tua fac elemosinam. et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. ita fiet: ut nec a te auertatur facies dei. hec uirtutes omnes facit utiles esse uirtutes: que ipsam quoque fidem ex qua uiuit: et que sine operibus mortua nominatur: sui admixtione uiuificat: quia sicut infide est operum ratio: ita in operibus fidei fortitudo. Dum ergo tempus habemus: Sicut ait apostolus: operemur bonum maxime autem ad domesticos fidei. bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus. Presens itaque uita tempus est sacionis. et retributionis tempus est messis. quando unusquisque seminum fructus secundum sacionis sue percipiet quantitatem. De prouentu autem istius segetis nemo fallatur: quia animorum ibi magis quam impendiorum mensura taxabitur. et tantum reddunt exigua de exiguis: quantum magna de magnis. et ideo dilectissimi satissiat apostolicis institutis. et quia die dominica prima est futura collectio omnes uos deuotioni uoluntarie preparate: ut unusquisque secundum sufficientiam habeat in sacratissima oblatione consortium. Exorabunt pro uobis et ipse elemosine et hi qui uestris muneribus iuuabuntur: ut ad omne opus bonum idonei semper esse possitis in Christo Ihesu domino nostro: qui uiuit et regnat in secula seculorum: Amen.

9

De Collectis Sermo eiusdem Sextus: Et de
Ieiunio Decimi mensis Primus.

¶ Fideliter dilectissimi atq; sapienter creationis nostre
intelligam? exordium: inueniemus hominem ideo ad
ymaginem dei conditum: ut imitator sui esset auctoris. et hæc
esse naturalem nostri generis dignitatem: si in nobis quasi in
quodā speculo diuine benignitatis forma resplendeat: ad quā
quotidie nos utiq; repat gratia saluatoris. dum quod cecidit
in Adam primo: erigitur in secundo. causa autem reparacionis
nostre non est nisi misericordia dei. quem non diligeremus
nisi pri⁹ nos ipse diligeret: ⁊ tenebras ignoraciē nostre: sue ue
ritatis luce discuteret: quod per sctum Ysaïam domin⁹ denū
cians apt: Adducā cecos per uiam: quam ignorabant. et semi
tas quas nesciebāt: faciā illos calcare faciā illis tenebras in lu
cē: et praua in directa hec uerba faciā illis et nō relinqū eos
Et iterum: Inuentus sum inquit: a nō querentib⁹ me. et pa
lam apparui hys: qui me non interrogabant. quod quomodo
impletum sit: Johannes apostolus docet dicens: Scim⁹ quoni
am filius dei uenit: et dedit nobis: sensum: ut cognoscamus ue
rum. et scimus in uero filio dei: eius. Et iterum. flos ergo
diligam⁹ deum: quoniā ipse prior dilexit nos. Diligēdo itaq;
nos deus ad ymaginem suam nos reparat. et ut in nobis for
mam sue bonitatis inueniat: dat unde ipsi quoq; quod operatur
operemur. accendens scilicet mentium nostrarum lucernas:
et igne nos sue caritatis inflāmans. ut non solum ipsum sed
etiam quicquid diligit: diligamus. Nam si inter homines ea
demum firma amicitia est: quam morum similitudo sociarit. cū
tamen paritas uoluntatum sepe in reprobos tendit affect⁹
quantum nobis optandum atq; intendendū est. ut in nullo ab
hys que deo sunt placita discrepem⁹. de quo dicit propheta
Quoniam ira in indignatione eius. et uita in uoluntate eius.
quia non aliter in nobis erit dignitas diuine maiestatis. nisi
imitatio fuerit uoluntatis. dicente itaq; domino: Diliges domi
nū deū tuū ex toto corde tuo et ex tota mente tua: et diliges
proximum tuum: sicut teipsum Suscipiat fidelis anima auto
ris sui atq; redoris immarcescibilem caritatem. totamq; se etiā

ei? subiciat uoluntati. in cuius operib? atq? iudicijs nichil uacat
a ueritate iusticie. nihil a miseratione elementie. quoniam et
si magnis quis laboribus et multis fatigetur incommodis: bona
est illi causa tollerandi. qui se aduersis uel corrigi intelligat
uel probari. Caritatis uero illius pietas perfecta esse non pote-
rit: nisi diligatur et proximus. Quo nomine non hi tantum
intelligendi sunt: qui nobis amicitia et propinquitate iungun-
tur. Sed omnes prorsus homines cum quibus nobis natura com-
munis est. siue illi hostes sint siue socij. siue liberi siue serui.
unus enim nos conditor finxit. unus nos creator animauit. eo-
dem cuncti celo et aere hysdem fruimur diebus et noctibus.
Cumq? alij sint boni alij mali. alij iusti alij iniusti. deus tamen
omnibus largitor et omnibus est benignus. sicut Lycanons a Pau-
lo et Barnaba apostolis dicitur de providencia dei qui in pre-
teritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias su-
as: et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit bene-
faciens eis: de celo dans pluuiam et tempora fructifera et
implens cibus et iusticia corda nostra: dedit autem nobis ma-
iores diligendi proximum causas christiane gracie latitudo: que
se per omnes partes totius orbis extendens dum neminem
despectat: docet dum neminem negligendum: et merito etiam inimi-
cos diligere. et pro persecutoribus sibi precipit supplicari. Cui ex
omnibus quotidie gentibus fructus oliue sue ramis germine in-
serens oleastri: De inimicis reconciliatos de alienis adoptiuos
de impijs facit iustos: ut omne genu flectatur celestium terrest-
rium et infernorum: et omnis lingua confiteatur: quia dominus
Ihesus in gloria est dei patris. cum ergo deus honos nos esse uelit:
quia bonus est: nichil debet nobis de eius iudicijs displicere:
Nam non per omnia illi gratias agere: quid est aliud: quam ex qua-
dam eum parte reprehendere: Audet plerumque humana insipi-
entia creatorum suum non solum de inopia murmurare: sed et
de copia murmurare ut cum aliquid non suppetit: querula et cum
quedam exuberant sit ingrata: Multe menses dominus horre-
orum suorum plenitudinem fastidiuit: et ad copiam indemie
affluentis ingemuit: nec de magnitudine fructuum gratulatus
sed de uilitate conuersus est: Si autem parciore fuerit in sus-
ceptis terra seminibus: et castigacione prouentu uites oleag.

defluerint: accusatur annus: arguuntur elementa: et nec aeri par-
 citur: nec celo: cum fideles et pios discipulos ueritatis nichil
 magis commendat et munit: quam perseverans in deum et indefessa
 laudatio dicente apostolo. Semper gaudete sine intermissione
 orate. in omnibus gratias agite. Hec enim uoluntas dei est in
 Christo Ihesu in omnibus uobis. Huius autem deuotionis quem
 admodum poterimus esse participes: nisi rerum uarietas con-
 stancia mentis exerceat. ut amor directus in deum nec inter
 secunda supbiat. nec inter aduersa deficiat. Quod placet deo
 placeat et omnibus nobis de omni mensura munerum eius
 gaudeamus. qui bene usus est magnis. utatur bene et modicis.
 tam nobis copia quam paritate consulitur. Nec in spiritualibus lu-
 cris angustia grauabimur fructuum: si fecunditas non areseat
 animorum. Oriatur de cordis agro: quod terra non dedit: Sed
 per illi quod largiatur occurrat: cui bene uelle non deficit: Ad
 omnia igitur dilectissimi opera pietatis omnium nobis qualitas
 possit auereri: nec benignitas christianam difficultas temporalis im-
 pediat. Nouit dominus uasa hospitalis uidue inopis pietatis sue ua-
 cuata complere: nouit aquas in uina conuertere: nouit de pau-
 cissimis panibus quingis milia esuriencium saturare populorum
 et ille qui in suis pascitur: que potuit augere dando: potest mul-
 tiplicare sumendo. Tria uero sunt que maxime ad religiosas
 pertinent adiones. oratio: scilicet ieiunium: et elemosina. qui-
 bus exercendis omne quidem tempus acceptum. sed illud est au-
 diolius obseruandum quod apostolicis accepimus traditionibus con-
 secratum. Sicut etiam dicimus hic mens moram refert uete-
 ris instituti. ut tria illa de quibus locutus sum: diligenter exequa-
 mur. Oratione enim propitiatio dei queritur: Ieiunio concupis-
 centia carnis extinguuntur: elemosina peccata redimuntur. Simul
 et per omnia dei in nobis imago renouatur: si et in laudem
 eius semper parati. et ad purificationem nostram sine cessatione
 solliciti et ad sustentationem proximi indefinenter sumus inten-
 ti. Hec triplex obseruancia dilectissimi omnium uirtutum com-
 prehendit effectus: hec ad ymaginem et similitudinem dei peruenit
 et a spiritu sancto inseparabiles facit: quia in orationibus per-
 manet fides recta: In ieiunio innocens uita: in elemosinis mens
 benigna. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato

autē apud beatissimū apostolum: Petrum uigilias celebrem?
qui et orationes et ieiunia et elemosinas nostras precibus su-
is dignabitur adiuuare: Per dominum nostrum Iesum Chri-
stum qui cum patre et sancto spiritu uiuit & regnat in secula se-
culorum Amen

De ieiunio decimi mensis et collatis eiusdem
Sermo Secundus.

Hoc temporis ratio et deuotionis nostre admonet cō-
suetudo pastoralis uobis dilectissimi sollicitudine predi-
camus: decimi mensis celebrandum esse ieiunium: Qui pro cō-
summata perceptione omnium fructū dignissime largitori eo-
rum deo continentie libamen offertur: Quid enim potest effi-
caciū esse ieiunio: cuius obseruancia appropinquamus deo et
resistentes diabolo uicia blanda superamus semper uirtuti ci-
bus ieiuniū fuit: De abstinentia prodeunt caste cogitationes
rationabiles uoluntates: salubriora consilia: et per uoluntari-
as afflictiones caro concupiscentys moritur uirtutibus spiritus
innouatur: Sed quia non solo ieiunio animarum nostrarum
salus acquiritur: ieiunium nostrum misericordys pauperum
suppleamus: impendamus uirtuti: quod subtrahimus uolupta-
ti: fiat refectio pauperis abstinentia ieiunantis: Audiamus ui-
duarum defensionem: pupillorum utilitati: lugentium consolati-
oni: diffidentium paci: suscipiatur peregrinus: adiuuetur op-
pressus uestiatur nudus: foueatur egrotus: ut quicumque nostrū
de iudis laboribus auctori honorum omnium deo sacrificiū
huius pietatis obtulerit: ab eodem regni celestis premium per-
cipere mereatur: Quarta igitur & sexta feria ieiunemus: Sab-
bato autem apud beatū Petrum apostolum pariter uigilemus.
cuius suffragantibus meritis que poscimus: impetrare possumus
Per dominum nostrum Iesum Christum qui cum patre et sanc-
to spiritu uiuit et regnat in secula seculorum Amen

De ieiunio decimi mensis et de elemosinis
eiusdem Sermo Tertius.

11
Si dominico agro dilectissimi cuius operari sumus: oportet nos prudenter atque uigilanter spiritalem exerce-
re culturam: ut perseveranti industria que legitimis tempo-
ribus sunt exequenda curantes de sanctorum operum fruge
letemur. Que si pigro ocio et inertis desidii negligatur ter-
ra nostra: nichil generosi germinis pariet: et spinis ac tribulis
subdita non producet que condenda sint horreis: sed que ure-
da sunt flammis. Ager autem iste dilectissimi roante desuper
gracia dei fide munitur: ieiunijs exercetur: elemosinis scribitur
orationibus fecundatur: ut inter plantaciones rigaciones nostras
nullius amaritudinis radix pullulet: nec se incrementa cuiusque
noxie Viridis attollant: sed euerato omni semine uiciorum con-
ualescat seges leta uirtutum. Ad quam diligenciam omni qui-
dem nos tempore pietas adhortatur: sed in hys diebus qui hunc
operi sunt specialiter instituti maior animositas et cura est
exercenda feruencior. ne quod pius est agere non indidit: impius sit negli-
gere perditum. Decimus itaque mensis ieiunium ad quod caritate uera
religioso proposito nouimus preparam unanimitate auxiliante
Christo celebrandum. Hortamur monentes ut unusquisque se-
cundum mensuram possibilitatis quam accepit a deo in bonis
operibus exiteat quia et inimici nostri qui nostra sanctifica-
tione torquentur: in hys diebus quos ad maiorem obseruanciam
nobis dispositos esse nouerunt: uehementius seuiunt. et subti-
liore insidiantur astucia. ut alijs immittendo metum inopie
de largitatis expensis: alijs immittendo tristitiam de labore
ieiunii: plurimos a consorcio huius deuotionis abducant.
Contra quas temptationes dilectissimi uigilet in nobis pii cordis
intencio. et a christianis mentibus cogitationes dissidencie re-
pellantur. Modicum est enim quod pauperi satis est. nec uia
illi. nec uestitus onerosus est: uile enim est: quod esurit uile
est. quod sitit: et nuditas que indiget operiri: non possit orna-
ri et tamen dominus noster tam pius operum nostrorum arbi-
ter tam benignus est estimator: ut etiam pro calice aque frigi-
de sit premium redditus. et quia iustus inspector est animorum
non impendium solum operis sed etiam affectum est remune-
raturus operantis. Per Christum dominum nostrum Amen:

De Ieiunio decimi mensis Et de Elemosinis
eiusdem Sermo Quartus.

Confidēter uos dilectissimi ad opera pietatis hortamur
quia experimētis didicim⁹ libenter uos suscipere quod
monem⁹. Scitis namq; et deo docente cognoscitis ad eternū
uobis gaudium profuturā diuinorum obseruanciam mandatorū
In quibus exequendis: quia humana fragilitas plerumq; latet
cit. et in multis per lubricum sue infirmitatis offendit: miseri
cors et pius domin⁹ remedia nobis et adiutoria dedit: per que
ueniam obtinere possim⁹. Quis enim tot illecebras mundi: tot
insidias dyaboli: tot deniq; pericula sue mutabilitatis euaderet:
nisi clementia eterni regis mallet nos reparare: q̄ perdere.
Nam et qui iam redempti iam regenerati filij lucis effecti sūt:
q̄diu tamen in hoc mundo qui totus in maligno positi⁹ est: reti
nentur. q̄diu infirmitati carnis corruptibilia et temporalia blā
diuntur: non possunt istos dies sine trepidacione transire nec
facile: prouenit cuiq; tā incruenta uictoria: ut inter multos hos
tes frequent elq; confliclus etiam si sit liber a morte sit quoq;
immunis a uulnere. Curandis igitur lesionibus: quas sepe inci
dunt: qui cum inuisibili hoste confliquant trium maxime remedi
orum est adhibenda medicina in oracionis instantia: in castigaci
one ieiunij: in elemosine largitate: que cum pariter exercētur
deus p̄piciatur: culpa deletur: temptator eliditur. Ex his qui
dem presidys semper fidelis anima debet attingi. sed tunc Audi
olus preparari. cum hy assunt dies. qui proprie sunt ad hec pi
etatis officia prestituti. de quorum numero est etiam decimi
hui⁹ mensis sollempne ieiunium: quod non ideo negligendum est
quia de obseruancia ueteris legis assumptum est. tāq; hoc de
illis sit: que inter discreciones ciborum inter baptismatum dis
crecencias. et auim⁹ pecudumq; hostias esse desisterunt: Illa enim
que rerum futurarum figuras gerabant: impletisq; significauere
finita sunt. Ieiuniorum uero utilitatem noui testamēti gracia
non remouit. et continenciam corporum animiq; semper profu
turam pia obseruacione suscepit: quoniam sicut permanet apud in
telligentiam xp̄ianam. donum deum tuum adorabis: et illi so
li seruias: et diliges proximum tuū sicut teipsum: et cetera talia

mandatorū: Ita quod in eisdem libris de ieiuniorum sanctifica-
tione et curatione preceptum est: nulla interpretacione vacua-
tur. In omni enim tempore in omni uita huius seculi ieiunia
nos contra peccata faciunt fortiores: ieiunia concupiscencias
uincunt: temptacōs repellunt: superbiam inclinant: iram mitigāt
et omnes bonę uoluntatis affectus ad maturitatem totius uirtu-
tur nomen eius Emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Et iterum Exiet uirga de radice Jesse: et flos de radice eius ascendet. In qua uirga non dubie quod beata uirgo Maria predicta est. que de Jesse ac Dauid stirpe progenita et spiritu sancto fecundata: nouum florem carnis humane utero quidem materno: Sed partu est enixa uirgineo. Exultent ergo in laudem dei corda credentium et mirabilia eius confiteantur filii hominum: quoniam in hoc precipue dei opere humilitas nostra cognoscit: quanti eam suus conditor estimat. Qui cum origini humane multum dederit: Quod nos ad ymaginem suam fecit: reparandam nostre longe amplius tribuit: cum serui forme ipse se dominus coaptauit. Quis ex una eademque pietate sit quicquid creature creator impendit. minus tamen mirum est hominem ad diuina perficere: quam deum ad humana descendere. Hoc autem nisi facere dignetur omnipotens deus nulla quicquam species iusticie: nulla forma sapientie a captiuitate dyaboli et a profundo eterne mortis erueret. Condemnatio enim ex uno in omnes cum peccato transiens permaneret: et letali uulnere labefacta natura nullum remedium reperiret: quia conditori nem suam suis uiribus mutare non possit. Primus namque homo carnis substantiam accepit ex terra: et rationabili spiritu per infusionem creatis: animatus est ut ad ymaginem et similitudinem auctoris sui uinset: formam bonitatis dei atque iusticie in splendore imitationis tamquam in speculi nitore seruaret. quam nature sue speciosissimam dignitatem si per obseruantiam legis date pleneuenter extolleret: ipsam illam terreni corporis qualitate ad celestem gloriam mens incorrupta perduceret. Sed quia inuido et deceptorum temere atque infelicitate credidit. et superbie consiliis acquiescens repositum honoris suum mentis occupare maluit quam mereri non solum ille homo sed etiam uniuersa in illo posteritas eius audiuit: terra es et in terram ibis. Qualis ergo terrenus tales et terreni: et nemo immortalis quia nemo celestis. Ad huius itaque peccati et mortis uinculum resoluenendum omnipotens filius dei omnia implens omnia continens: equalis per omnia patri et in una ex ipso et cum ipso sempiternus essentia naturam in se suscepit humanam et creator et dominus omnium rerum dignatus est unus esse mortalis.

liū electa sibi matre quā fecerat . que salua integritate virgi
nea corporee tantū esset ministra substantie . ut humani gene
ris cessante contagio nouo homini et puritas inesset et ueri
tas . Non enim in Xpo ex utero uirginis genito : quia nati
uitas est mirabilis : ideo est natura dissimilis : Qui enim uer⁹
est deus : idem uerus est homo . et nullum in utraq; substan
cia est mediū . Verbum caro factum est . prouisione carnis
non defensione deitatis : Que sit potentiam suam bonitatem
q; moderata est : ut et nostra suscipiendo prouheret : et sua
communicando non perderet : In hac natuitate xpi secundū
pphām David : Veritas de terra orta est . et iusticia de celo
spexit : In hac natuitate etiam Elsie sermo completus est di
centis : Producat terra et germinet saluatorem : et iusticia
oriatur simul : Terra enim carnis humane que in primo fu
erat p̄uaricatore maledicta : in hoc solo beate uirginis partu
germen edidit benedictum et a uicio sue stirpis alienū . Cui⁹
spiritalē originem in regeneracōe quisq; consequitur : et
omni homini renascēti aqua baptismatis instar est uteri ur
ginalis eodem spiritu sancto replente fontem qui repleuit
et uirginem : ut peccatum quod ibi uacuauit : sacra concepcio
hic misera tollat ablucio . Ab hoc sacramento dilectissimi iusta
u⁹ manicheorū ille error alien⁹ ē : nec ullū habent in Xpi re
generacione consorcium qui eum de Maria uirgine negāt
corpalliter natum : ut cuius non credunt ueram natuitatem
nec ueram recipiant passionem : et quem non cōfitentur ue
re sepultum . abnuant ueraciter suscitatum . Ingressi enim
preruptam execrandi dogmatis uiam : in qua nichil non tene
brosū nichilq; non lubricum est : ruunt in profunda mortis
p̄ precipicia falsitatis : nec aliquid solidum cui innitantur in
ueniunt . qui preter omnia dyabolici probra cōmentī in ipso
precipuo obseruacionis sue festo . sicut proxima eorum cō
fessione patefactū est : ut animi ita de corpis pollucōe letan
tur . nec in pudore nec in fide integritatem seruantes . ut
in dogmatib⁹ suis impy . et in sacris inueniatur obsceni . Alie
hereses dilectissimi . licet merito omnes in sua peruersitate
dānande sunt : habent tamen singule in aliqua sui parte quod
uerum sit . Arri⁹ dei filiū minorem patre et creaturam esse

diffiniens et ab eodem inter omnia creatum: putans spiritum
 sanctum magna impietate se prodidit. sed sempiternam atq; in-
 commutabilem deitatem quam in trinitatis unitate non uidit
 in patris essetis non negauit. Macedoni⁹ a lumine. ueritatis
 alienus diuinitatem sancti spiritus non recepit. sed in patre
 et filio unam potentiam et eandem confessus est esse natu-
 ram. Sabellius in explanabili errore confusus. unitatem sub-
 stantie in patre et filio et spiritu sancto inseparabilem sentiens
 quod equalitate tribuere debuit. singularitati dedit. Et cum
 ueram trinitatem intelligere non ualeret: unam eandemq;
 credidit sub triplici appellatione personam. Photinus me-
 tis recitate decept⁹ in Xpo uerum deum et substantie nostre
 confessus est hominem. sed eundem deum de deo ante omnia
 secula genitum esse non credidit Appolinaris fidei solidita-
 te priuatus filium dei ita ueram humane carnis credidit sus-
 cepisse naturam ut in illa carne diceret animam non fuisse quia
 uicem eius expleuerit ipsa diuinitas. Hoc modo si omnes
 quos catholica fides damnat retraherentur errores in alijs
 atq; alijs quidem inueniatur quod a damnabilib⁹ possit abin-
 gi. In manicheorum autem sceleratissimo dogmate prorsus nichil
 est quod ex ulla pte possit tollerabile iudicari. Sed: uos di-
 lectissimi quos nullis digni⁹ q^{uod} beati Petri apostoli alloquor
 uerbis gen⁹ electum regale sacerdotium gens sancta popu-
 lus acquisitionis edificati sup inuiolabilem petram Xpm ipsiq;
 domino saluatori nostro per ueram susceptionem nostre car-
 nis inserti: permanete stabiles in ea fide quam confessi estis co-
 ram multis testib⁹. et in qua renati per aquam et spiritum
 sanctum accepistis crisma salutis et signaculum uite eterne.
 Si quis autem uobis aliud annunciauerit pter id quod didicistis:
 anathema sit. Nolite impias fabulas preponere lucidissi-
 me ueritati: et quicquid contra regulam catholici et apostolici
 symboli aut legere aut audire contigerit: id omnino mortifex
 atq; dybolicum iudicate. Non uos seducant deceptoris arti-
 bus ficta et simulata ieiunia: que non ad purificationem sed
 ad perditionem pferiunt animar^{um}. Spem sibi quidem pietatis et
 castitatis assument: sed hoc dolo aduicium suorum obscena circa
 regunt: et de profanis cordis penetrabilibus iacula quibus

simplices uulnerentur emittūt. ut sicut ait Propheta : sagittent in obscuro rectos corde : Magnum presidium est fides integra: fides uera. in qua nec augeri ab ullo quicquid nec minui potest. quia nisi una ē: fides nō est: dicēte apostolo. unus dominus: una fides: unum baptisma: unus deus et pater omnium qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis. Quia unitati dilectissimi incōcussis mentibus inherete et in hac cernamini sanctitatem. et in hac preceptis domini deservite: quia sine fide impossibile est placere deo: Et talis illa sanctum: nichil cassum est. nichilq; inuani. nullus enim ex fide uiuit: quam qui diabolo decipiente perdiderit: uiuens mortuus erit: Quia sicut per fidem iusticia: ita et per fidem ueram uita obtinetur eterna: dicēte domino saluatore: Hec est autem uita eterna ut cognoscant te solum uerum deum: e quem misisti Ihesum Christum qui nos proficere et perseuerare. faciat usq; in finem Qui uiuit et regnat in secula seculorū Amen.

Eiusdem De Natiuitate domini Sermo Cuius?

Domini dilectissimi ineffabilis sit natiuitas domini nostri Ihesu Christi quae se nature nostrae carne uiuit: audeo tamen non de facultate mea: sed de ipsius inspiratione presumere: ut dicam qui in sacramentum humane reditu cōis electus est: aliquid a nobis quod audientes possit edificare promatur Non enim quia maior pars ecclesiae dei quod credit intelligit: ideo necessarium non est etiam quae dicta sunt dicere. cum utiq; nunc primū multis ad fidem uenientibus oris nostri officium debeam: meliusq; sic doctos onerare iam notis q̄ rudes fraudare discendis. Quod ergo filius dei qui cum patre et spiritu sancto nō unus personae sed: unus essentiae et humilitatis nostrae particeps fieri: et unus passibilium unus uoluit esse mortalium. tam sacrum tamq; mirabile est ut ratio diuini cōsili sapientib; mundi parere non possit. fusi humane ignorantiae tenebras lux uera discusserit. fido enim in solo opere uirtutum aut in sola obseruantia mandatorum sedecis in tramite fidei angusta et ardua uia est quae ducit ad uitam. et magni laboris est magnusq; discriminis inter: dubi

25

as imperitorum opinioniones et uerisimiles falsitates per unā
 sane doctrine semitam in offensis gressibus ambulare. Et
 cum undiq; se laquei erroris opponāt omne periculū decep
 tionis euadere quis autē ad hoc idoneus: nisi qui spiritu dei
 et docetur: et regitur: dicēte apostolo. Nos autem nō spiritū
 mundi accepim⁹: sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus que
 a deo donata sunt nobis: canente etiam Dauid. Beatus ho
 mo quem tu erudieris domine. et de lege tua docueris eum
 Habentes itaq; dilectissimi inter picula erroris presidia ueri
 tatis et non humane sapientie uerbis: sed doctrina sancti spi
 rit⁹ eruditi qđ didicim⁹ credim⁹: qđ credim⁹ predicam⁹: dei fi
 liū ante secula ex patre genitum: et patri sempiterna et sub
 stantiali equalitate coeternum uenisse in hūc mundum per
 uterum uirginis in hoc sacramentū pietatis electe in qua et
 ex qua edificauit sibi sapientia domū: et formā sibi serui in
 similitudinem carnis peccati: incommutabilis uerbi deitas co
 aptauit. in nullo apud se et patrem et spiritum sanctum mi
 nor gloria sua: quia diuinitatem et uarietatem sume et eter
 ne essencie natura non recipit. Propter nostram autem in
 firmitatem extenuauit se in capcib⁹ suis et uelamine cor
 poris splendorem maiestatis sue quem uisus hominum nō fe
 rebat obtexit. Unde etiam exinanisse se dicitur: tanq̃ se p
 pria uirtute euacuauerit dum in ea humilitate qua nobis cō
 suluit non solum patre: sed etiam se ipso factus est inferior.
 Nec aliquid illi hac inclinacōe decessit cui cum patre et spiri
 tu sancto hoc quod est esse cōmune est: hoc ipsum intelligam⁹
 ad omnipotenciam ptinere: quod qui scdm nostra minor est:
 scdm propria minor non est. Quia enim lux ad obsecratos: uir
 tus ad imbecillos: misericordia respexit ad miseros: de mag
 na factum est potestate ut dei fili⁹ substantiam humanamq;
 causam suscipet: qui et naturam quam condidit reformaret.
 et mortem quam non fecit aboleret. Repudiatis igitur lō
 geg⁹ reiectis omnib⁹ opinionibus impiorū quib⁹ et uulticia ē
 erux xpī aut scandalum exultet rectarū mentū fides: et uox
 uniusq; dei filium non solum scdm deitatem qua a patre ge
 nitus: sed etiam scdm humanitatem qua de matre uirgine ē
 nat⁹ intelligat. Ipse est enim in humanitate nostra: qui est in

maiestate diuina uer? homo et uerus deus sempitern? in
suis: temporalis in nostris: unum cum patre in substantia que
nūq̃ minor fuit patre: unum cum matre in corpore quod crea
uit. In assumptione enim nature nobis factus est grad? quo
ad ipsum possim? ascendere. Nam illa essentia que semper
ubiq̃ tota est locali descensione non eguit: et tam ei propri
um fuit totam homini inferi: q̃ ei propriū est totam a patre
non diuidi. Manet ergo quod in principio erat uerbum: et
non est ei accidens ut quod est aliquando non fuerit: Sem
piternę enim fili? filius est: et sempiternę pater pater est.
Vnde cum ipse fili? dicat: Qui uidet me uidet et patrem.
Execrauit te o heretice impietas tua: ut qui filij maiestatem
non uidisti. patris gloriam nō uidebis. Dicendo enim genitū
esse qui non erat: filium asseris temporalem: et dum filium
asseris temporalem: credidisti patrem esse mutabile. Muta
bile enim est non solum quod minuitur: Sederiam quicquid
augetur. et si ideo patri impar est genit? quia ut tibi uidetur
generando eum qui nō erat: genuit. imperfecta enim erat ge
nerantis essentia: que ad habendū quod non habuit genera
do profecit. Sed hanc impiam puerilitatē tuam: fides catho
lica execratur et damnat: que in deitate uera nichil tempo
ralitatis agnoscat: sed uni? sempiternitatis et patrem cōfite
tur et filium. quia splendor ex luce ortus non est luce poste
rior: et lux uera nūq̃ est sui splendoris indigna. Sic substan
tiale semper habens fulgere. sicut substantiale temp habet
existere. Qui? autem splendoris manifestatio missio dicitur
qua mundo Xps apparuit. et cū omnia inuisibili maiestate su
a semper impleat: tamen quasi de remotissimo altissimoq̃ se
creto hys quib? erat ignot? aduenit: cum cecitatem ignoran
cie abstulit. et sicut scriptum est. Sedetib? in tenebris et um
bra mortis. lux orta est eis. Quamuis enim etiam prioribus
seculis ad illuminandem sanctorum patrum et prophetarū lu
men ueritatis emissū sit dicente Dauid Emitte lucem tuam
et ueritatem tuam et diuersis modis multisq̃ signis opera p̃
sentie sue deitas filij declarauit Omnes tamē ille significa
tōes euentaq̃ miracula testimonia fuerunt illi? missionis de
qua dicit apostol? Cum ergo uenerit plenitudo temporis mi

sit deus filium suū: natum ex muliere factum sub lege Cuius
 uero hoc est nisi uerbum carnem fieri conditorem mundi p̄ ute-
 rum uirginis nasci dominum maiestatis humanis se coapta-
 re primordiis & licet conceptui spiritali nulla sint terreni se-
 minis mixta contagia. Ad suscipiendam tamē uere carnis sub-
 stantiam: solam sumpsit de matre naturam: hac missione quo-
 deus unitus est homini filius impar est patri: non in eo quod
 est ex patre: sed in eo quod est factus ex homine. Equalitatem
 enim inuicibilemque habet deitas non corrumpit humanitas &
 creatoris ad creaturam descensio credentium est ad eterna
 prouentio. Nam quia sicut ait apostolus? In sapientia dei non
 cognouit mundus? p̄ sapientiam domini placuit deo p̄ aulicā
 predicationis saluos facere credentes. Mundo ergo id est
 prudentibus mundi. sapientia sua cecitas facta ē: nec potuerūt
 p̄ illam cognoscere deum ad cuius noticiam non nisi in sapientia
 eius acceditur. Et ideo quia mundus de uanitate suorum dog-
 matum superbiebat. in eo constituit dominus saluandorum fidem
 quod et indignum uideretur et aultum: ut deficientibus omni-
 bus opinionum presūptionibus sola dei gracia reuelaret quod
 comprehendere humana intelligentia non ualeret. Agnoscat
 igitur catholica fides in humilitate dñi gloriā suā et de salu-
 tis sue sacramentis gaudeat ecclesia que corpus est Christi
 quia nisi uerbum dei caro fieret et habitaret in nobis: nisi
 in cōmunionem creature creator ipse descenderet et uetusta-
 tem humanam ad nouū principium sua uirtute reuocaret
 regnaret mors ab Adam usque ad finem et super homines con-
 demnatio insolubilis permaneret: cum de sola cōditione na-
 scendi una cunctis esset causa peccandi. Solus itaque inter fili-
 os: hominum dominus Ihesus innocens natus est: quia solus
 sine carnali concupiscencie pollutione conceptus factus est
 homo nostri generis ut uos diuine nature possimus esse con-
 sortes. Originem quam sumpsit in utero uirginis: posuit in
 fonte baptismatis dedit aque quod dedit matri. Viri enim
 altissimi et obumbratio spiritus sancti que fecit ut maria pa-
 reret saluatorem: eadem facit ut regeneret unda credentē
 Quid enim sanandis egriis: illuminandis cecis: uiuificandis mor-
 tuis aptius fuit: quam ut superbie uulnera humilitatis remedijs

curarentur. Adam precepta dei negligens peccati indixit do-
minacōem: Ihesus factus sub lege: reddit iusticie libertatem.
Ille dyabolo obtemperans usq; ad puaricacōem: meruit ut in
ipso omnes morerentur. Hic patri obediens usq; ad crucem
fecit ut in ipso omnes uiuificarentur: Ille cupidus honoris
angelici: nature sue pōdidit dignitatē. Hic infirmitatis nostre
suscipiens cōdicionē propter quos ad inferna descendit eol-
dem in celestib9 collocauit. Postremo illi p elacionem lapso
dictum est: Terra es et in terram ibis Huic p subiectionem
ex alto dictum est: Sede a dextris meis donec ponam inimici
cos tuos scabellum pedum tuorū. Hec domini nostri opa di-
lectissimi non solum sacramento nobis utilia sūt: sed etiā imi-
tationis exemplo: si in disciplinā ipsa remedia transferantur:
quodq; impensum est: mysterijs prosit et morib9 ut memineri-
mus nobis in humilitate et mansuetudine redemptoris nos-
tri uiuendum: quoniam sicut ait apostolus. Si cōpatimur et
cōregnabimus: frustra enim appellamur Xpiāni: si ymittato-
res non sum9 Xpi: Qui ideo se uiam dixit esse ut cōuersa-
tio magistri forma esset discipuli: et illam humilitatem elige-
ret seru9: quam sedatus est domin9. Qui uiuit et regnat in
unitate spiritus sancti deus in secula seculorum Amen

De Natiuitate Domini Eiusdem Sermo Sextus

Omibus quidem dieb9 dilectissimi atq; temporib9 ani-
mis fidelium diuina meditantium dño et saluatoris
nostri ex matre uirgine ortus occurrit: ut mens ad confessio-
nem sui auctoris erecta: siue in gemitu supplicationis: siue in
exultacōe laudis: siue in sacrificij oblatione uersetur. nichil
crebrius nichilq; magis fidenter spiritali attingit intuitu: q̃
quod de9 dei fili9 genit9 de patre coeterno idem etiam par-
tu est natus humano: Sed hanc adorandā in celo et in ter-
ra natiuitatem: nullus nobis dies magisq; hodiernus insinu-
at: et noua etiam in elementis luce radiāte totam seculib9
nostris mutabilis sacramenti ingerit claritatem. Non solū
enim in memoriam sed in cōspectu reddit q̃amodo angeli ga-
brielis cū Maria supente colloquium contempōe de spiritu

sancto tam mire promissa q̄ credita auctor mundi editus est
 utero uirginali: Et qui omnes naturas cōdidit eius est fac-
 tus filius quam creauit. hodie uerbum dei apparuit carne
 uestitum: et quod nūquam fuit humanis oculis uisibile: cepit
 etiam manibus esse tractabile: hodie genitum in nostre carnis
 animeq; substantia saluatorem angelicis uocibus didicere
 pastores et apud dominicorum p̄sules gregum hodie euan-
 gelisandi forma precondita est: ut nos quoq; cum celestis mi-
 licie dicam⁹ exercitu Gloria in excelsis deo. et in terra pax
 hominib⁹ bone uoluntatis. Quamuis igitur illa infancie quā
 filij dei non est dēdignata maiestas: in uirum perfectū etatis
 abiectione p̄ueta sit et consumato passionis ac resurrectionis
 triumpho Omnes suscepte pro nobis humilitatis transierunt
 actiones. renouat tamen nobis hodierna festiuitas nati Ihesu
 ex maria uirgine sacra primordia: et dum saluatoris nostri
 adoram⁹ ortum: inuenimur nos nostrum celebrare principiū
 Generatio enim Xpi origo est populi christiani ⁊ natalis ca-
 pitis natalis est corporis Habeant licet singuli quis uocatoꝝ
 ordinem suū: et omnes ecclesie filij temporū sint successione
 distincti uniuersa tamen sūma fidelium fonte orta baptisma-
 tis sicut cum Xpo in passione crucifigi in resurrectione sus-
 citati. in ascensione ad dexterā patris collocati ita sūt tū ipso
 in hac natiuitate cōgeniti Quicquid enim hominum in quacū-
 q; mundi parte credentium regeneratur in Xpo. interciso
 originalis tramite uetustatis: transit in nouum hominem re-
 nascendo. Nec is in propagine habetur carnalis patris: sed
 in germine saluatoris qui ideo fili⁹ hominis est fact⁹: ut nos
 filij dei esse possimus. filii enim ille ad uos hac humilitate des-
 cenderet nemo ad illū ullis suis meritis perueniret. Nichil
 hic uocatoꝝ cordibus caliginis inferat terrena sapientia
 nec se contra altitudinem gracie dei mox in yma redditurus
 terreatum cogitationum puluis attollat. Impletum est in
 fine seculorum quod erat ante tempora eterna dispositum
 et sub p̄sētia rerum signis cessantibus figurarū: lex et pro-
 phetia ueritas facta est: ut Abraham fieret omniū gentium
 pater: et in semine ei⁹ daretur mundo p̄missa b̄ndictio. Nec
 h̄c tū esset Israel: quos sanguis et caro genuisset: sed in pos-

sessionem hereditatis fidei filijs preparate uniuersitas ad
oprocis intraret. nec obstreperant ineptarum calūnie questionū
nec effectus diuini operis ratiocinacō humana differiat. Nos
cum Abraham credim⁹ deo: nec hesitamus diffidencia: sed ple
nissime scimus quoniam quod promisit domin⁹ potens est et
facere. Nasceitur ergo non de carnis semine dilectissimi sed
de spiritu sancto saluator: quem prime transgressionis eādē
natio non teneret: Unde ipsa collati muneris magnitudo dig
nam a nobis exigit sue splendore reuerenciam. Ideo enim
sicut beatus apostol⁹ docet. Non spiritum hui⁹ mundi acce
pimus: sed spiritum qui ex deo est: ut sciam⁹ que a deo data
sūt nobis: qui nō aliter pie colitur: nisi id ei quod ipse tribuit
offeratur: Quid enim in thesauro dominice largitatis ad ho
norem presētis festi tam congruum possum⁹ inuenire q̄ pa
rē: que in natiuitate domini prima est angelico predicata cō
centu. Ipsa enim est que parit filios dei: nutrix dilectionis:
et genitrix unitatis: requies beatorum. et eternitatis habita
culum. Cui⁹ hoc opus proprium et speciale beneficium est:
ut iungat deo quos secernit e mūdo. Unde apostol⁹ ad hoc
bonum incitat. dicens: Iustificati ergo ex fide pacē habeam⁹
ad deum. Cuius sentencie breuitate: omnium fere mandato
rum continetur effectus: quia ubi fuerit ueritas pacis: nichil
ibi de esse potest uirtutis. Quid est autem dilectissimi pacem
habere ad deum: nisi uelle quod iubet et nolle quod prohi
bet. Si enim humane amicitie pares animos et similes ex
petunt uoluntates: nec unq̄ diuersitas morū ad firmā potest
peruenire concordiam: quomodo diuine particeps erit pacis
cui ea placeant que deo displicent: et hys appetit delectari qui
bus illum nouit offendi. Nō est ille anim⁹ filiorum dei nec
talem sapientiam recipit ad optius nobilitas. Gen⁹ electum
et regium regeneracōis sue resplendeat dignitati. diligat qđ
diligat pater: et in nullo ab auctore suo differat: ne iterum
dicat domin⁹: filios genui et exaltari: ipsi autem spreuerunt
me. Agnouit hos possessorem suum: et alius presepe domini
sui: israhel uero non me cognouit et popul⁹ meus non me in
tellexit. Magnū est dilectissimi hui⁹ muneris sacramentū
et omnia dona excedit hoc donum: ut deus hominem uocet et

lium: homo deum nominat patrem. Per has enim appellati-
 ones scitur et discitur quis ad tantam altitudinem ascendet
 affectus. Nam si in propagine carnali et stirpe terrena claris
 parentibus genitos uirga male conuersationis obscurat: et ipsa
 maiorum suorum lumine soboles indigna confunditur in quem
 exitum uenient: qui propter amorem mundi a generatione
 Christi non metuit abdicari. Si autem ad humanam pertinet lau-
 dem ut patrum decus in prole resplendeat: quantomagis glorio-
 sum est ex deo natos in auctoris sui ymaginem refulgere: et
 illum in se qui eos genuerunt ostendere: dicente domino. Sic
 luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra
 bona et glorificent patrem uestrum qui in celis est. Scimus
 quidem quod sicut Johannes apostolus dicit: Totus mundus
 in maligno positus est: et in sidante diabolo et angelis eius.
 Hoc innumeris temptationibus laboratur ut hominem ad
 superna nitentem aut aduersa terreant: aut scandala corrū-
 pant. Sed maior est qui in nobis est: quam qui aduersus nos est
 et pacem cum deo habentibus ac semper patri toto corde dicen-
 tibus. Fiat uoluntas tua: nulla preualere certamina: nulli pos-
 sunt nocere consilia. Accusantes enim nosmetipsos confes-
 sionibus nostris: et consensum animi carnis concupiscēcy de ne-
 gātes: inimicitias quidem aduersum nos eius qui peccati auc-
 tor est commonem. Sed inexpugnabilem cum deo pacem gra-
 tie ipsius seruando firmam: ut regi nostro non solum obedi-
 encia subiciamur: sed etiam iudicio copulemur. Quomā si in
 eadem sententia sumus si quod uult uolumus: et quod improbat
 imphamus ipse iam pro nobis omnia bella conficiet ipse qui
 dedit uelle donabit et posse. ut sumus coopatores operum eius
 iuxta propheticum illud cum fidei exultatione dicamus. Dominus
 illuminatio mea et salus mea quem timebo. Dominus defen-
 sor uite mee a quo trepidabo. Qui ergo non ex sanguinibus
 neque ex uoluntate carnis: sed ex deo nati sunt: offerant patri
 pacificorum concordiam filiorum etiam in primogenitum no-
 ue creature qui uenit non suam sed mittentis facere uolun-
 tatem. uniuersa adoptionis membra concurrant: qui gratia pa-
 tris non discordes neque dissimiles: sed unum sentientes: unum
 que amantes ad optauit heredes ad unam reformatos pma

ginem. oportet animum habere conformē. Natalis domini
natalis est pacis. sicut enim ait apostolus. Ipse enim est pax
nostra qui fecit utraq; unum: quoniam siue iudeus siue gen-
tilis ꝑ ipsum habentes accessum in uno spiritu ad patrē qui
ante passionis diem uoluntaria dispositione precelestum disci-
pulos suos ꝑcipue doctrina informauit ut diceret. Pacē meā
do uobis: pācem meam relinquo uobis. Et ne sub nomine
generalis pacis qualitas lateret adiecit: Non quem admo-
dum mundus dat ego do uobis: nō habet inquit mund⁹ ami-
cicias ueras: et multos facit peruersē amore cōcordes. Sūt
enim in uicys pares animi et similitudo desideriorum equa-
litatem ꝑguit affectu. At si quidam forsitan repugnantur qui-
bus prauis et inhonestis non placent: quib⁹ illicitas consensio-
nes a federe siue caritatis excludant. tamen etiā tales si
uel iudei sunt uel heretici uel pagani nō de amicicia dei sed
de pace sunt mundi. Pax autem spiritualium et catholicorū
a supernis ueniens et ad superna ducens: cum amatorib⁹ mū-
di nulla nos uult cōmunionē misceri: sed omnibus obstaculis
resistere: et ad uera gaudia a perniciosis delectacōib⁹ euo-
lare. dicente domino. Ubi fuerit thesaurus tuus: ibi erit et
cor tuum. Hoc est si deorsum sunt que amas: ad yma descen-
des. si sursum sunt que diliges ad sūma puenies: quo nos unū
uolentes: unum sentientes: et in fide ac spe et caritate cō-
cordes: spiritus pacis agat atq; ꝑducatur: quoniā quicumq; spi-
ritu dei aguntur: hī filij dei sunt: qui regnat cum filio et
spiritu sancto in secula seculorum Amen.

De Natiuitate Domini Sermo Septimus.

Cūiuitatis hodiernę dilectissimi uer⁹ uenerator es
et ꝑi⁹ cultor qui nec de incarnatōe domini aliquid
fallum: nec de deitate aliquid sentit indignum. Pacis enim
periculi malum est: si illius aut nature nostre ueritas: aut
paterne glorie negatur equalitas. Cum ergo ad intelligen-
dum sacramentū natiuitatis Xpi qua de matre uirgine est
ort⁹: accedim⁹: abigatur procul terrenarum caligo rationum
et ab illuminatē fidei oculo mūdane sapiētię lūx⁹ abstrēdat

29

Divina ē enim auctoritas cui credim⁹ divina ē doctrina quā
 sequimur. quoniam siue legis testificatio: siue oraculis prophe
 tarum: siue euāgelice tube interiorē admoventem⁹ auditū:
 verum est quod Iohānes plenus spiritu sancto intonuit. In
 principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus e
 rat uerbum. Hoc erat in principio apud deum omnia p ipsum
 facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Et similiter uer⁹ est
 q idem predicator adiecit. Verbum caro factum est: et ha
 bitauit in uobis: et uidimus gloriam eius. gloriam quasi uni
 geniti a patre. In utraq enim natura idem est dei fili⁹ no
 stra suscipiens: et propria nō amittens: in homine hominem
 reponans in se inpermutabilis p seuerans. Deitas enim que
 illi cum patre cōmunis est: nullum detrimentū cōipotentie
 subyt. nec dei formā serui forma uiolauit: quia sūma et sem
 piterna essentia que se ad humani generis inclinauit solu
 tem: nos quidem in suam gloriam transulit: sed quod erat
 esse non desinit. Vnde cum unigenitus dei: minorem se
 patre confitetur cum se dicit equalem: ueritatem in se forme
 utriusq demonstrat. ut et humanam probat imparilitas. et di
 uinā declarat equalitas. Maieſtati igitur filij dei corporea
 natiuitas nichil abstulit nichil contulit quia substantia inco
 mutabilis nec minui potuit nec augeri. Quod enim uerbū
 caro factum est non hoc significat q in carnem sit dei natu
 ra mutata: sed q a uerbo in unitatem persone sit caro sus
 cepta. In cuius utiq nomine homo totus accipitur: cum quo
 intra uirginis viscera sancto spiritu fecundata et nūq uirgi
 nitate caritura tam inseparabiliter dei fili⁹ est unitus. ut qui
 erat intemporaliter de essentia patris genit⁹: ipse sit tempali
 ter de utero uirginis natus. Aliter enim ab eterne mortis
 uinculis non possem⁹ absolui: nisi in uobis fieret humilis:
 qui omnipotens permanebat in suis. flascens itaq domin⁹
 noster Ihesus Xps homo uerus qui nūq desinit esse deus
 uerus: noue creature in se fecit exordium: et in ortus sui for
 ma dedit humano generi speciale principii: ut ad carnalis
 generacionis abolenda contagia esset regenerandis origo si
 ne semine criminis. De quib⁹ dicitur: Qui non ex sanguinib⁹
 neq ex uoluntate carnis neq ex uoluntate uiri sed ex deo

nati sunt. Que hoc sacramentū mīs cōprehendere: que hāc
gratiā valeat ligus narrare: Redit in innocentiā iniquitas
et in nouitatē uetustas: in adōptiōem ueniunt alieni: et in he
reditatem ingrediuntur extranei: de impijs iusti: de auaritia
benigni: de incontinentib⁹ casti: de terrenis incipiunt esse ce
lestes. Que autem est illa mutatio: nisi de ptere excessu quo
niam uenit filius dei dissoluere opa dyaboli. et ita se nobis
nosq; inseruit sibi: ut dei ad humana descensio fieret hominis
ad diuina prouectio. In hac autem dilectissimi misericordia
dei cuius erga nos magnitudinem explicare non ualemus.
multa sollicitudine precauendum est xpiani: ne dyabolici
iterum capiantur insidijs: et eisdem rursum de quibus renūcia
uerunt errorib⁹ implicentur: Nō enim desinit hostis aliqu⁹
transfigurans se in angelum lucis: deceptionum lequeos ubiq;
pretendere: ut et quomodo fidē credentiū corrūpat insinare.
Nouit cui adhibeat essus cupiditatis: cui illecebras gule inge
rat: cui apponat incitamenta luxurie: cui infundat uir⁹ inui
die. Nouit quem merore conturbet. nouit quem gaudio fel
lat. quem metu opprimat. quem admiratiōe seducat: cūm
discunt consuetudinem: uentilat curas: scrutatur affect⁹ et ibi
querit causas nocēdi ubi quēq; uiderit audiosius occupari:
habet etenim multos ex eis quos tenacius obligauit aptos
suis artib⁹ quorum ad alios decipiendos et ingens utatur
et ligus. Per istos remedia egritudinum. iudicia futurorum
placatiōes demonum et depulsiōes promittuntur umbrarū.
Adduntur et illi qui totam humane uite cōditionem de bel
larum pēdere effectib⁹ menciūtur: et quod est aut diuine uo
luntatis aut nostre indeclinabilem dicunt esse factorū. Que
tamen ut cumulacius noceant: spondent posse mutari: si illis
que aduersantur siderib⁹ supplicetur. Vnde cōmentū impiū
sua racōe destruitur quia si predica non permanent: non sūt
fata metuenda: si pmanent non sūt alia ueneranda: De ta
lib⁹ institutis etiā illa generatur impietas ut sol in inchoatio
ne diuine lucis exurgens a quibusdam insipientib⁹ de lo
cis emineciōrib⁹ adoretur. Quod nonnulli etiā xpiani adeo
se religiose facere putant: ut priusq; ad beati Petri apostoli
basilicam que uni deo uiuo et uero est dedicata perueniant

30

superis gradibus quib⁹ ad suggestum aere superioris ascen-
 ditur: conuerso corpe ad nascentem se solem reflectant: et
 turuatus cervicib⁹ in honorem se splendidi orbis inclinent:
 quod fieri p̄tim ignorantie uicio: partim paganitatis spiritu
 multum tabescim⁹ et dolem⁹. Quia et si quidē forte creato-
 rem pulchri potius lūis q̄ ipsū lumen qd̄ est creatura vene-
 ratur: abstinendum tamen est ab ipsa specie hui⁹ officij quam
 cum in nostris inuenit qui deorū cultū reliquit nōne hanc
 secum p̄tem opinionis uetuste tanq̄ probabilem retentabit
 qua p̄p̄anis et impijs uident esse cōmune. Abicitur ergo a
 cōsuetudine fidelium damnauda puerilitas: nec honor uni de-
 o debet⁹ eorum ritib⁹ qui creaturis seruiunt misceatur. Mi-
 rit enim scriptura diuina Dominum deum tuum adorabis:
 et illi soli serues. Et beatus Job homo sine querela ut ayt
 domin⁹ abstinens se ab omni re mala. Nunquid uidi inquit
 solem cum fulgeret et lunam incedentem clare et letatum
 est cor meum in abscondito: et osculatus sum manum meam
 que est iniquitas maxima et negatio contra deum altissimū
 Quid autem est sol uel quid est luna. nisi uisibilis creature ⁊
 corporee lucis elementa: quorum unum maioris est clarita-
 tis. ⁊ aliud minoris est luminis. Sicut enim alia diurna alia
 nocturna sunt tempora. ita diuersam in luminarib⁹ qualita-
 tem creator instituit: cum tamen priusq̄ hec fierent et dies
 sine solis officio: et noctes sine lune ministerio processissent
 Sed cōdebantur illa ad faciendi hominis utilitatem. ut ra-
 tionale animal nec in diuisione mensium: nec in recurſu
 annorum: nec in diuisione temporū fallerentur. cum p̄
 inequalium horarū impares moras: et dissimilium ortuū sig-
 na manifesta et annos sol concluderet: et menses luna re-
 nouaret. Quarto nāq̄ ut legim⁹ die dixit de⁹: fiant lumina-
 ria in firmamento celi: luceant sup̄ terram. et diuidant inter
 diem et noctem. et in signa et tempora et dies et annos: et
 sint in firmamento celi ut luceant sup̄ terram. Exp̄giscere
 homo: et dignitatem tue cognosce nature. Recordare te
 factum ad ymaginem dei: que et si in Adam corrupta est. in
 Xpo tamen est reformata. Utere quomodo utendum est ui-
 sibilib⁹ creaturis sicut uteris terra: mari: celo: aere: fātibus

et aque fluminibus: ut quicquid in eis pulchrum atq; mirabile
est: refer ad laudem et gloriam conditoris: soli esse dedi-
tus illi lumini: Quo uolucres et serpentes: Quo bestie et
pecudes: quo mulce delectantur et fernes. lucem corporeā
sensu tange corporeo. et toto mentis affectu uerum lumen
amplectere quod illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum. de quo dicit propheta. Accedite ad eum et il-
minemini et uultus uestri non erubescunt: Si enim templum
dei sumus et spiritus dei habitat in nobis: plene est quod fidelis quis
in sua habet anima quod miratur in celo. Non itaque nobis
dilectissimi hoc autem indicimus aut suademus ut despiciatis
opera dei aut contrarium aliquod fidei uestre: in his que
bonus bonus condidit estimetis. Sed ut omni creaturarum spe-
cie et uniuerso huius mundi ornatu rationabiliter et temperan-
ter utamini. Que enim uidentur sicut ait apostolus temporalia
sunt: que autem non uidentur eterna sunt: Unde quia ad
presencia sumus nati: ad futura renati: non temporalibus bo-
nis dediti sed eternis sumus intenti. Et ut spem nostram
possimus propius intueri in ipso sacramento natalis domini
cogitemus quid nature nostre gratia diuina contulerit: audi-
amus Apostolum dicentem: Mortui cum illis et uita uestra
abscoudita est cum Christo in deo: cum aut Christus apparu-
erit uita uestra: tunc et uos apparebitis cum ipso in gloria.
Qui uiuit et regnat cum patre et sancto spiritu per infinita
secula seculorum Amen.

De flatuitate domini eiusdem Sermo Octauus

Um semper dilectissimi gaudere in domino omnia diui-
na eloquia cohortentur hodie procul dubio ad spiri-
talem leticiam copiosius incitamus: natiuitatis nobis domi-
nice sacramento clarius choruscante: ut recurrentes ad illam
diuine misericordie ineffabilem inclinacōem qua creator homi-
num homo fieri dignatus est: in ipsius inueniamur natura
quem adoramus in uoluntate. Deus enim dei filius de sempiter-
no et ingenuito patre unigenitus sempiternus manens in forme
dei: et incommutabiliter atq; intemporaliter habens non aliud

esse q̄ pater. formam serui sine suo detrimento maiestatis
accepit: ut in sua nos prouideret: non in nostra deficeret.
Vnde utriusq; nature in suis proprietatib; p̄manenti: tanta ē
unitatis facta cōmunio: ut quicquid ibi est dei non sit ab hu
manitate disiuuctum: quicquid autē est hominis non sit a dei
tate diuisum. Celebrantes igitur dilectissimi natalem diem
domini saluatoris. partum beate uirginis integre cogitem;
ut carni animęq; concepte uirtutē uerbi nullo temporis p̄u
to defuisse credam; . nec prius formatum atq; animatum tē
plum corporis xpi: quod sibi sup̄ueniens uendicaret habitator
sed p̄ ipsum et in ipso nouo homini datum esse principiu: ut
in uno dei atq; hominis filio et sine matre deitas: et sine pa
tre esset humanitas. Simul enim p̄ spiritū sanctū fecūdata uir
ginitas: sine corruptōis uestigio edidit: et sui generis sobolē
et sue stirpis auctorem. Vnde et idem domin; sicut euange
lista cōmemorat quesitū a iudeis cuius filiū xpm scriptura
rum auctoritate didicissent . et eisde; respondentibus quod ex
dauid uenturus semine traderetur: quomodo inquit dominū
illū dauid in spiritu uocat dicens: Dixit dominus domino meo
sedē a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum
pedū tuorū. Nec potuerunt iudei p̄positā soluere questionem
qui non intelligebant in uno xpo et progeniem dauidicam et
naturam p̄phetatam esse diuinam. Maiestas ergo filij equa
lis patri uestiens se humilitate seruili: nec metuebat minui
nec indigebat augeri. xpmq; effectum misericordie sue quem
restitutioni impendebat humane: sola exsequi poterat uirtu
te deitatis: ut creaturam ad imaginem dei factam a iugo di
re dñationis exueret. Sed quia non ita in primum hominē
diabolus uolentius exstiterat ut eum in partes suas sine li
beri arbitry consensione transferret: sic destruendū peccatū
fuerat uoluntarium: et hostile consilium: ut dono gracie nō
obesset norma iusticie: In totiq; igitur humane generis stra
ge cōmuni unū solū fuit remedium sub diuine rōis occulto
quod posset subuenire prostratis. Si aliquis filiorum adam
originalis preuersionis alienus atq; innocens nasceretur
qui ceteris exemplo prodesset et merito: Sed quia hoc na
turalis generatio non sinebat nec poterat uiciare radice siē

semine propago esse de quo scriptura dicit. Quis potest face
re mundum de immundo conceptum semine: nōne tu qui sol
es: Dominus David factus est filius dauid. et de pmissi ge
neris fructu ples est orta sine uicio: in unam psonā gemina
cōueniente natura: ut eodem conceptu: eodemq; partu gigne
retur dominus Ihesus Xps cui et uera in esset deitas nō mi
racula operum: et uera humanitas ad tolleranciā passionū.
Fides igitur catholica dilectissimi obtollerāciam hereticorū
spernat errores. qui mūdane sapiēcie nauitate decepti a ue
ritatis euangelio. recesserunt et incarnacōem uerbi intelli
gere nō ualentes de causa illuminacōis fecerunt sibi mate
riam cecitatis: Nam omniū fere credencium opinionib⁹ que
etiam in sancti spirit⁹ negacōem prouunt: retradatis: nemi
nem pene demisse cognoscim⁹: nisi qui duarum in Xpo na
turarū ueritatē sub unius psonę cōfessione nō credidit. Aly
etenim domino solam humanitatem: aly solam ascripsere dei
tatem: Aly ueram quidem in ipso diuinitatem: sed carnem
dixerunt fuisse simulatam. Aly professi sunt ueram eū sus
cepisse carnem: sed dei patris non habuisse naturam: et dei
tati eius que erant humane substantię deputantes maiorem
sibi deum: minoremq; fingerunt cum grad⁹ in uera diuinita
te esse non possint. Quoniam quicquid deo min⁹ est: deus
non est. Aly cognoscentes patris et filij nullam esse distā
ciam quia non poterant unitatem deitatis intelligere: nisi in
unitate psonę eundem asseruerunt esse patrem quē filium
ut ualci et nutrirī: pati et mori: sepeliri & resurgere ad eun
dem pertineret: qui p omnia et hominis personam impleret
et uerbi. Quidam putauerunt dominum Ihesum Xpm nō
nostre substantię corp⁹ habuisse: sed ab elementis superiorib⁹
ac subtiliorib⁹ sumptum. Quidam autem estimauerunt in car
ne Xpi humanam animam nō fuisse: sed partes anime ipam
uerbi impleisse deitatem. Quorundā imprudencia in hoc trā
syt ut animam quidem fuisse in domino faterentur: sed ean
dem dicerēt mēte caruisse: quia sufficeret homini sua deitas
ad omnia rationis officia. Postremo ydem asserere presūle
runt: partem quandam uerbi in carnem fuisse conuersam &
in uni⁹ dogmatis uarietate multiplicari: nō carnis tū animeq;

natura. Tederia ipsius uerbi solueretur essentia: Multa sunt
 et alia prodigia fallitatu. quibus enumerandis caritatis uestre
 non est fatigandus auditus. Sed propter diuersas impietates que si-
 biuicem sunt multiformium blasphemiarum conexe. de his po-
 tissimum erroribus declinandis obseruantiam uestre deuotionis
 admonet. Quorum unus dudum sistorio auctore consurgere
 non impune temptauit. Alius nuper pari execratione dam-
 nandus Eutyce assertore prorupit. Nam ille beatam Ma-
 riam uirginem tantummodo est ausus predicare genitricem
 ut in conceptu et partu. nulla uerbi et carnis facta unio
 crederetur. quia dei filius non ipse factus est homo filius
 sed creato homini sola se dignatione sociauit. Quod catholice
 aures nequaquam tollerare potuerunt. que sic Euangelio ueri-
 tatis imbuta sunt. ut firmissime nouerint nullam esse humana
 generi specie salutis nisi ipse esset filius uirginis qui creator
 est matris. Hic autem reuerentioris sacrilegii prophetam assertor uni-
 onem in Christo quidem duarum confessus est naturarum. sed
 ipsa unione id dixit effectum: ut ex duabus una remane-
 ret nullatenus alterius existente substantia: que uterque finire
 nisi aut consumptione aut separatione non possent. Hec uero tam
 inimica sunt sane fidei ut nequeant recipi sine exordio nomi-
 nis christiani. Si enim uerbi incarnatio non unio diuine huius
 nature est. sed hoc ipso concursu quod erat geminum factum
 est singulare. sola uirginitas utero uirginis nata est. Et
 per ludificatoriam speciem subijt nutrimenta et incrementa cor-
 poreas. atque omnes mutabilitates humane conditionis omittam
 sola diuinitas mortua: sola diuinitas esse sepulta. ut iam secundum
 talia sentientes sperande resurrectionis nulla sit ratio. nec
 sit primogenitus ex mortuis Christus. quia non fuit qui deberet
 resuscitari. si non fuit qui posset occidi. Absint a cordibus uestris
 dilectissimi dyabolicarum inspirationum uirulenta medicamina. sci-
 entes quod sempiterna filij deitas nullo apud patrem creuit
 augmento. prudenter aduertite. quod cui nature in Adam
 dictum est terra es et in terram ibis. eidem in Christo dicitur
 Sede a dextris meis secundum illam naturam qua Christus equa-
 lis est patri. non inferior fuit unigenitus sublimitate genitoris
 fieri temporalis ei est cum patre gloria. que est ipsa patris de-

tern: de qua exodo dicitur .Dextera tua domine glorifica
ta ē in uirtute: et in Ysaia: dñe quis credidit auditui nostro
et brachium domini cui reuelatū ē Assumptus igitur homo
in filiū de: sic in unitatē psonę xpi ab ipis corporalibus est
receptus ex cordys ut nec sine deitate conceptus sit. nec sū
deitate editus. nec sine deitate nutritus Idem erat in mira
culis idem in contumelijs. Per humanam infirmitatem
crucifix⁹ mortuus et sepultus. per diuinam uirtutē die ter
cia suscitatus ascendit ad celos sedet ad dexteram dei pa
tris omnipotentis. et in natura hominis accepit a patre quod
in natura deitatis etiam ipsa donauit: Hoc dilectissimi pro
corde meditatores apostolici scēp memores estote pcepti qui
uniuersos amonet dicens Videte ne quis uos decipiat uos p
philosophiam et inanem fallaciam secundū traditionē hominū
et non scdm Xpm: quia in ipso habitat omnis plenitudo di
uinitatis corporaliter: ut ueram intelligam⁹ substantiam car
nis: ubi est plenitudo diuinitatis inhabitatio corporalis. qua
utiq; etiam tota repletur ecclesia que inherens capiti corp⁹
est Crissi Qui uiuit et regnat cum patre et spiritu sancto
in secula seculorum A M E N

De Antiquitate domini eiusdem Sermo Nonus

Excedit quidem dilectissimi multumq; supereminet hu
mana eloq; facultatem .diuini operis magnitudo. et
inde oritur difficultas fandi unde adest ratio non tacendi
quia in ihu xpo filio dei non solū ad diuinam essentiam sed
etiam ad humanam spectat naturam quod dictum est per p
phetam Generationē eius quis enarrabit Utrumq; enim sub
stantiam in unam conuenisse psonā nisi fides cedat sermo
non explicat: et ideo unq; materia deficit laudis quia nunq;
sufficit copia laudatoris: Gaudeam⁹ igitur q; ad eloquendū
tante misericordie sacramentū impares sumus et cum salu
tis nostre altitudinem promere non ualemus sentiamus no
bis bonum esse quod uincimur. Nemo enim ad cognitionē
ueritatis magis propinquat q; qui intelligit in rebus diuinis
etiam si multum proficiat. Semper superesse quod querat
Nam si se ad id quod tendit peruenisse presumit. nō quesita

33
cepit. sed in inquisitione deficit. Ne autem infirmitatis nostre
perturbemur angustis euangelice nos et prophetice adiuuant
uoces quibus ita accendimur et docemur: ut nobis uasinitate
domini. qua uerbum caro factum est. non tam preteritam
recolere quam presentem uideamur inspicere. quod enim pas-
toribus pro gregum suorum custodia uigilantibus nuntiavit an-
gelus etiam nostrum impleuit auditum: et ideo dominicis
uocibus presumus. quia uerba diuinitus edita cordis aure re-
sonamus. tanquam et in hodierna festiuitate dicatur. Ecce eu-
angelio uobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia
natus est uobis hodie saluator qui est Christus dominus Ihesus
in ciuitate David. Cuius predicationis summitati exultatio
innumerablem iungitur angelorum: ut excellentius fieret
testimonium cui milicie celestis multitudo concineret ange-
lorum in honorem dei una benedictione dicentium. Gloria
in excelsis deo: Et in terra pax hominibus bone uoluntatis
dei ergo gloria est ex Maria uirgine Christi nascentis infan-
cia: et reparatio humani generis merito in laudem sui refer-
tur auctoris. Quia et ipse beate Marie missus a deo Gabrie-
el angelus dixerat. Spiritus sanctus superueniet in te et uir-
tus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te san-
ctum uocabitur filius dei. In terra autem illa pax conditur que
homines efficit bone uoluntatis. Quo enim spiritu de inte-
merate matris uisceribus nascitur Christus? Hoc de sancte ec-
clesie utero renascitur Christianus? Cui uera pax est a
dei uoluntate non diuidi: non dubitet et his solis que deus
diligat delectari. Natalem igitur dilectissimi diem dominum
celebrantes: qui ex omnibus preteritorum temporum diebus electus
est. licet dispensatio actuum corporalium sicut eterni consilii
fuerat preordinata transierit. totaque redemptoris humilitas
in gloriam eterne maiestatis euecta sit: ut in nomine Ihe-
su omne genu flectatur celestium terrestrium et interna-
rum. et omnis lingua confiteatur: quia dominus Ihesus
in gloria est dei patris indefinenter tamen illam primum salutifer-
re uirginis adoramus. et illam uerbi et carnis indissolubile
copulam non minus suscipimus in presepe iacentem quam in
throno paternae altitudinis cōsidentem. Immutabilis enim

deitas quis mira semetipsam et claritatem et potentiam con-
tineret. non tamen ideo non erat infecta nascenti. quia huma-
no aspectu non patebat ut per ueri hominis inusitata primor-
dia ille agnosceretur genitus qui Regis David et dominus es-
set et filius Ipse enim prophético spiritu cantat dicens Dixit
dominus domino meo sede a dextris meis Quo testimonio
sicut Euangelium refert. confutata est impietas iudeorum. Nam
cum Ihesu interrogante iudeos cuius filium diceret Christum
respondissent David. confestim dominus cecitatem illorum ar-
guens: ait Quis ergo David in spiritu uocat eum dominum dicens
Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: Interclu-
sistis uobis iudei intelligentie uiam: et dum solam naturam
carnis inspiratis: tota uos ueritatis luce priuastis. Expedan-
tes enim secundum uestre persuasionis fabulosa figmenta David fi-
lium de sola stirpe corporea dum spem uestram tantum in hominem con-
stituidis deum dei filium repulistis: ut quod nobis confiteri glo-
riosum est: uobis prodelle non possit Nam et nos interroga-
ti cuius filius sit Christus: uoce apostoli confitemur quod fac-
tus est ex semine. David secundum carnem: Et de ipso initio
euangelice predicationis instruimur legentes Liber generaci-
onis Iesu Christi filij David filij Abraham. Sed ideo a uestra im-
pietate discernimur: quia quem ex progenie David hominum
nouimus natum. eundem secundum quod uerbum caro factum est
deum deo patri non credimus coeternum Unde si teneres
o Israel tui nominis dignitatem: et prophetas denuntiati-
ones non obsecrato corde percurreres Vlassas tibi euangelicam
paderet ueritatem et non surdus audires diuina inspiratione de-
cretum Ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium et uocabi-
tur nomen eius Emanuel quod est interpretatum nobiscum deus
Quem si in tanta proprietate sacri nominis non uidebas. in-
dauitica saltem uoce didicisses: ne contra testimonium noui
et ueteris testamenti Ihesum Christum David filium denegares
quem David dominum non fateris Quapropter dilectissimi
quonia per ineffabilem dei gratiam ecclesia fidelium gentium
consecrata est. quod carnalium Iudearum Synagoga non me-
ruit dicente David Notum fecit dominus salutare suum in
conspetu gentium releuauit iusticiam suam Et Vlassas sume

34

liter p̄dicante. Popul⁹ qui sedebat in tenebris uidit lucem
 magnam: qui habitant in regione mortis lux orta est eis. Et
 iterum. Gentes que te non cognouerunt inuocabunt te.
 et populi qui te nesciunt ad te cōfugiēt. Exultem⁹ in die
 salutis nostre: et p̄ nouum testamentum in consorcium eius
 assumpti cui dicitur a patre: filius me⁹ es tu ego hodie ge
 nui te: postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam:
 possessionem tuam terminos terre: in adoptantis nos mise
 ricordia gloriemur. quia sicut ait apostol⁹: Non accepistis
 spiritum seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritum
 adoptiōis filiorum in quo clamamus Abba pater. dignum
 .n. ē atq; cōueniens ut testāis patris uolūtas ab adoptiōis
 filijs impleatur. dicente apostolo. Si cōpatimur et congratu
 labimur: sint humilitatis Xpi cōparticipes: qui sunt futuri.
 future glorie coheredes. Honoretur in infancia sua domi
 nus. nec ad claritatis referantur iniuriam: exordia et incre
 menta corporea quoniā nature incōmutabili nec addidit ali
 quid natura nostra nec minuit. Sed qui in similitudinem
 carnis peccati dignat⁹ est hominib⁹ esse cōformis in unita
 te deitatis patri pmanet equalis: cum quo et spiritu sanc
 to uiuit et regnat: in secula seculorum Amen.

De flatuitate domini eiusdem Sermo decimus

Epe ut uos: dilectissimi de excellentissima festiui
 tatis hodiernae sollemnitate officium uobis sermonis
 salutaris impendimus. Nec ambigimus ita cordib⁹ uestris
 diuinae pietatis resplenduisse uirtutem: ut qd nobis fide est
 insitum. id sit etiam intelligencia cōprehensum Sed quia do
 mini saluatoris natiuitas non solum scdm claritatem deita
 tis de patre: sed etiam secundū carnem de matre ita faculta
 tem humani excedit eloquy ut merito ad utrūq; referatur
 quod dictum est. Generatiōem eius quis enarrabit in eo ipso
 quod digne nō potest explicari: sēp exuberat ratio differen
 di. Non quia liberorū sit diuersa sentire: sed quia dignitati
 materie nulla potest lingua sufficere. Magnitudo ergo sacra
 menti in salutē humani generis ante secula dispositi in se

culorū sine referati. integritati sue nec auferri aliquid pa-
titur nec augeri: et sicut propria non amittit: ita aliena nō
recipit: Sed multi opinionū suorum sequaces: et quod non
dum intellexerunt paratiores docere q̄ discere sicut apt a
posol⁹: Circa fidē naufragauerūt. Quorū prauas cōpugnā-
tesq̄ sentēcias breui significacōe p̄stringam: ut errorū tene-
bris a ueritatis luce discretis et religiose honorentur bene-
ficia diuina: et scienter caueantur humana mendacia. Qui-
dam enim ex documentis natiuitatis domini nri Ihesu Xpi
que eum uerum hominis filium demonstrabāt: nichil ipm ā
plus q̄ hominis filium crediderāt: non putātes ipsi ascriben-
dam esse deitatem: quem et primordia infantie et incremen-
ta corpora et passionum usq̄ ad crucem mortemq̄ cōdicio nō
dissimilem ceteris mortalib⁹ approbassent. Alij uero uirtutū
admiracōe p̄moti et originis nouitatem et digitorū factorūq̄
potenciam ad diuinam intelligētes p̄finere naturam: nichil
illi putauerunt nosse esse substantie: totum illud quod corpo-
ree fuit actionis et forme aut de sublimioris generis p̄disse
materia: aut simulatam carnis speciem habuisse: ut uidentū
et tangencium sent⁹ ludificatoria ymaginē falleretur. Fuit
autem in quibusdam errantib⁹ etiam illa p̄uasio: qua con-
rentur asserere ex ipa uerbi substantia quidam in carne fuis-
se cōuersum: notūq̄ Ihesum ex Maria uirgine: nichil mater-
ne habuisse nature. Sedet q̄ erat deus: et q̄ erat homo:
utrumq̄ ad id p̄tinuisse. quod uerbum est: ut scilicet in Xpo
p̄ diuersitatem substantie falsa fuerit humanitas: et p̄ defec-
tum mutabilitatis non uera diuinitas. Hec ergo dilectissimi
aliaq̄ impietates dyabolica inspiracōe cōceptas et in multo-
rum uocē p̄ uasa p̄dicionis effusas olim catholica fides cui
deus magister est et auxiliator auertit exorante et instru-
ente nos spiritu sancto: p̄ legis testificacōem. p̄ uaticiniis p̄-
phetarum. et per euangelicam tubam. apostolicamq̄ doctrinā.
ut cōstanter intelligentes credam⁹. quia sicut apt beat⁹ Jo-
hannes: Verbum caro factum est et habitabit in nobis: utiq̄
quos uerbi diuinitas sibi coaptauit: cui⁹ caro de utero uirgi-
nis sumpta nos sum⁹: que si de nostro idest uere humana nō
esset: uerbum caro factum non habitasset in nobis. In nobis

autem habitavit. quia naturam nostri corporis suam fecit.
 edificante sibi sapientia domum: non de quacunque materia
 sed de substantia propria nostra: cuius assumptio est manifesta
 cum dictum est Verbum caro factum est et habitavit in nobis
 Huic autem sacratissime predicationi et beati Pauli apostoli
 doctrina concordat dicentis Videte ne quis vos decipiat per
 philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum
 secundum elementa mundi et non secundum Christum: quia in Christo habitat
 omnis plenitudo divinitatis et estis repleti in illo Totum
 igitur corpus implet tota divinitas et sicut nichil deest illi
 maiestatis: cuius habitatione repletur habitaculum: sic nichil de
 est corporis quod non suo habitatore sit plenum. Quod autem
 dictum est et estis repleti in illo nostra ut igitur signata est na-
 tura ad quos illa repletio non pertineret nisi dei verbum nos-
 tri sibi generis et animam et corpus unisset: Agnosendum
 sane dilectissimi et toto corde est confitendum: quod hec gene-
 ratio qua et verbum et caro id est deus et homo unus dei fili-
 us unusque Christus efficitur. supra omnem originem humane cre-
 atiois excellit. Nec enim aut Ade de limo terre formatio:
 aut Eve de viri carne plasmatio: aut ceterorum hominum
 de utriusque sexus promixtione conditio Ihesu Christi potest ortui
 comparari. Genuit Abraham senex divine passionis heredem:
 et transgressa fecunditatis annos sterilis Sara concepit: Jacob
 dilectus est a deo antequam natus et pueriente gratia volunta-
 rias actiones ad hispida concepti fratris asperitatem discretus
 Jeremie dicitur. Priusquam te formarem in utero: novi te: et
 antequam exires de vulva sanctificavi te. Anna dum fecunditatis
 aliena Samuel prophetam quem deo offerret enixa est. ut puer
 clara esset et voto. Zacharias sacerdos de Elisabeth steri-
 li sanctam suscepit prolem et precursor Christi futurus Johannes
 propheticum spiritum intra viscera matris accepit: et dum editus
 puer genitricem domino signo clausae exultationis ostenderat
 Magna hec omnia et divinarum operum sunt plena miracula
 sed hoc ipso moderatus superanda quo plura. Fiativitas domi-
 ni nostri Ihesu Christi omnem intelligentiam superat: et cuncta
 exempla transcendit: nec potest ullis esse comparabilis que est
 intra omnia singularis. Electe namque virgini de semine Ab-

rahe ac de radice Jesse ꝑ propheticas uoces & ꝑ missica signa ꝑmisse denūciatur ab archangelo sine damno pudoris beata fecunditas sacram uirginitatē nec cōceptu uiolatura nec partu. Supueniente quippe in eā spiritu sancto: et altissimi obumbrante uirtute incōmutabile dei uerbum de incōtami nato corpe habitum sibi humane carnis assumpsit: que et nulum contagiū de cōcupiscentia carnis traheret et nichil eorū que ad anime corporisq; naturam ꝑtinent non haberet: Recedant itaq; procul in tenebras suas: eant hereticarū monstra opinionum: et insanarum sacrilegia falsitatum: flos exultans in laudem dei multitudo celestiu et instructi ab angelis docuere pastores. ut cognitis nature utriusq; documentis et uerbum in Xpo hominē: et Xpm hominem adoremꝑ in uerbo. Nam si ut apostolus ayt Qui ad heret domino unus spiritꝑ est: quantomagis uerbum caro factū unꝑ est Xps: ubi nichil est alterius nature: quod non sit utriusq;. Non enim infirmemur in consilio misericordie dei: que nos et innocencie reformat et uile. Nec quia in saluatore nostro manifesta cognoscimꝑ gemina signa nature. aut in gloria dei de ueritate carnis. aut in humilitate hominis de deitatis maiestate dubitemꝑ: Idem est in forma dei qui formam recepit serui. Idem est incorporeꝑ manens et corpꝑ assumens. Idem in sua uirtute inuiolabilis & in nostra infirmitate passibilis Idem a paterno non diuisꝑ throno: et ab impijs crucifixꝑ in ligno. Idem est sup celorum altitudines uictor mortis ascedens: et usq; ad cōsumacionem seculi uniuersam ecclesiam relinquens. Idem postremo est qui in eadem qua ascendit carne uenturꝑ sicut iudicium sustinuit impiorum: ita iudicaturꝑ est de omnium actione mortalium. Vnde ne plurimis immoremur testimonys unum sufficit ex euangelio beati Johannis adhiberi quo ipse hoc dicit. Amen amen dico uobis quia uenit hora et nunc est: quando mortui audient uocem filij dei: et qui audierint uiuent Sicut enim pater habet uitam in semetipso. sic dedit & filio uitam habere in semetipso. et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filij hominis est. Ergo sub una scēcia ostēdit quia filij dei atq; filij hominis est Vnde apparet quemadmodū Xpm dominū in unitate ꝑsonę cre

dere debeam? Qui cum sit filius dei: p quem facti sumus:
 etiam fili? hominis p assumptionem carnis est factus. ut mo-
 reretur: sicut ait apostol? Propter delicta nostra: et resur-
 geret propter iustificatōem nostram. Hec confessio dilectis-
 simi nullas inuenit contradictiones: nullis cedit erroribus. Ag-
 noscim? enim misericordiam dei ab initio promissam et ante
 secula pparatam. p quam solam resolui captiuitatis humani
 uincula potuerunt: quib? primum hominem omnēq ei? posse-
 ritatem male suus peccati auctor obstrinxerat et ppaginē
 dediticiam originali sibi pre iudicio uendicabat. Quia igitur
 iustificandis hominib? hec principaliter opitulantur q uni-
 genit? dei etiā filius hominis esse dignat? est ut hominison
 patri deus idē unius substantie idē homo uerus et scdm
 carnē matri cōsubstantialis existeret: utroq gaudeam?: quia
 non nisi utroq saluamur: in nullo diuidentes uisibilem ab in-
 uisibili: formam serui a forma dei: quia et si unum manet ab
 eternitate: aliud cepit a tempore: que tamen in unitate
 cōuenerunt nec separationem possunt habere: nec finem: dū
 exaltans et exaltat?: glorificans & glorificat? ita sibi in
 hēserunt: ut in omnipotentia siue in contumelia nec diuina
 in xpō careāt humanis: nec humana diuinis. Hec credentes
 dilectissimū sum? ueri xpiani israelite: et in consortium filiorū
 dei ueraciter ad optati: quis et os sancti qui saluatoris nō-
 tri tempa pceserunt per hanc fidem iustificati: et p hoc sa-
 cramentum xpi sunt corp? effecti. expectantes uniuersalem
 credentium redemptionem in semine Abraham. De quo di-
 cit apostol? Abrahā date sunt repromissiones et semini ei?
 Non dicit in seminib? quasi in multis sed quasi in uno et se-
 mini tuo quod est xps. Propter quod Matheus euangelizans
 ut pmissionem factam ad Abraham ostenderet in xpo esse
 cōpletam generatōem ordine pcurrit. et in quo omnib? gen-
 tib? fuisset facta benedictio demonstrauit: Lucas quoq ab ip-
 so domini ortu seriem generis sursum uersus recepit: ut
 etiam illa secula que diluuiū puenierunt huic sacramento
 doceret esse cōnexa. omnesq ab initio successionum grad? ad
 eum in quo uno erat salus omnium tetendisse. Nō ergo du-
 bitandum est quis preter xpm non est aliud nomen sub ce-

ho datum hominib⁹ in quo nos oporteat saluos fieri. Qui cū
patre et spiritu sancto equalis in trinitate uiuens et regnās
in secula seculorum Amen.

Ciuidem Leonis pape De Epiphania
domini Sermo Primus

Celebrato primo die quo intemerata uirginitas hūa
ni generis edidit saluatore. Epiphanie nobis dilec
tissimi ueneranda festiuitas dat p̄seueranciam gaudiorū: ut
inter cognatarum solennitatum uicina sacramenta exulta
tionis uigor et feruor fidei non tepescat. Ad omnī enim
hominum spectat salutem q̄ infanciam mediatoris dei et ho
minum iam uniuerso declarabitur mundo cum adhuc exiguo
detineretur oppidulo. Quamuis enim Israheliticam gentem
et ipsi⁹ gentis unam familiam delegisset: de qua naturam
humanitatis assumeret: uoluit tamen intra matris habita
tionis angustias ort⁹ sui latere primordia. sed mox ab homi
nib⁹ uoluit agnosci qui dignat⁹ est omnib⁹ nasci. Trib⁹ igitur
magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit
que illustrior ceteris pulchriorq; siderib⁹ facile se intuen
cium oculos animosq; conuerteret: ut cōfessum aduertetur
non esse otiosum quod tam insolitum uidebatur. Dedit ergo
aspicientib⁹ intellectum qui p̄stitit signum & quod fecit in
telligi fecit inquiri: et se inueniendum obtulit requisit⁹. Se
cuntur tres uiri superni luminis ductū: et preny fulgoris in
diciū: intenta contemplatōe comitantes: Ad agnitōem ue
ritatis gracie splendore ancuntur. Qui humano sensu sig
natum sibi regis ortū estimauerunt in ciuitate regia esse que
rendum: sed qui serui suscepit formam et non iudicare uene
rat sed iudicari Bethleem p̄legit natiuitati: Ierosolimam
passioni. Herodes autem audiens Iudeorum principem na
tum: successorem suspicatus expauit. et molitus necem salutis
auctori falsum sponndit obsequium. Qui felix foret si mago
rum ymittaretur fidem et conuerteret ad religionē. quod
disponebat ad fraudem. O cetera Gulte emulacōis impietas.
quid p̄turbandum putas diuinum tuo furore consiliū domin⁹

37
mundi temporale non querit regnum: qui p̄stat eternum:
Quid in cōmutabilem dispositarum rerum ordinem uertere
et aliorum facin? porcupare conaris. Mors Xpi non est tē
poris tui. Ante condendum est euangelium: ante predican
dum est regnum dei: ante sanitates donande: ante sūt faci
enda miracula. Cur quod alieni futurum est operis: tui esse
uis criminis et nō habitus? effectum sceleris in solum te rea
tum p̄cipitas uoluntatis: nichil ac mollicione p̄ficis: nil per
gis qui uoluntate natus est: arbitry sui potestate morietur.
Consumant ergo magi desiderium suum: et ad puerum do
minum nostrum Ihesū Xpm eadē stella p̄eunte pueniunt.
Adorant incarnē uerbum in infancia sapientiam: in infirmi
tate uirtutem: in hominis ueritate dominum maiestatis.
utq; sacramentū fidei sue intelligentiē manifestent quod
cordib? credunt: munerib? p̄testantur. Thus deo. Mirram
homini: Aurū offerunt regi. Scilicet diuinā humanāq; natu
rā in unitate uenerātes: quia quod erat in subiectis propri
um: non erat in potestate diuersum. Reuersis igitur magis
in regionē suam: et translato Ihesu in egiptum ex admoni
tōe diuina exardescit frustrata meditacōib? suis insania he
rodīs. Metari omnes Bethleem paruulos iubet: et quoniam
quem metuat nescit infāntē generalem sententiā in suspec
tam sibi tendit etatem. Floudum sanguinis sui impendit re
demptionem is martiry tribuit dignitatem. Erigite igitur
dilectissimi fideles animos ad coruscantem gratiam luminis
sempiterni et impensa saluti humane gratie sacramenta ne
perantes studium uestrum hys que pro uobis gesta sūt sub
dite diligite castimonie puritatem. quia Christus uirgini
tatis est filius. Abstineat uos a carnalibus desideriis que
militant aduersus animam quemadmodum nos presens bea
tus Apostolus suis ut legimus uerbis hortatur. Malicia par
uuli esote quia dominus glorie mortalium se conformauit
infancie. Sectamini humilitatem quam dei filius discipulos
suos docere dignatus est: induite uos uirtute paciencie in
qua animas uestras possitis acquirere quoniam qui cunctos
est redemptio: ipse est omnium fortitudo: Que sursum sunt
sapite: non que sup̄ terram. p̄ uiam ueritatis et uite condā

ter incedite: ne nos impedianterrena: quib⁹ sunt parata ce-
lestia: per dominum nostrum Ihesum Xpm qui cum patre et
spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

De Epiphania domini Sermo Secundus:

Audete in domino dilectissimi: iterum dico gaudete
quia breui interuallo tempis post solennitatē natiuita-
tis Xpi: festiuitas declarationis eius illuxit. et quem in illo
die uirgo peperit in hoc mund⁹ agnouit. Verbum enim caro
factum: hic suscepcionis nostre temp⁹ exordia ut natus Ihe-
sus et credentib⁹ manifest⁹: et psequētib⁹ occult⁹: Jam
tunc ergo celi enarrauerunt gloriam dei. et in omnem ter-
ram son⁹ ueritatis exiuit. quando et pastorib⁹ exercit⁹ an-
gelorum Saluatoris editi aūciator apparuit. et magos ad
eum adorandū preuia stella pduxit: ut a solis ortu usq⁹ ad
occasum ueri generatio regis coruscaret. cum rerū fidem
et regna orientis p magos discerent: et romanū impium nō
lateret. sicut et seruicia Herodis uolens primordia suspecti sibi
regis extinguere: hinc dispensatōi nesciens seruiebat: ut dum
atroci intent⁹ facinori ignotū sibi puerū indiscreta infāciā
cede psequitur. annūciatū celitus dñatoris ortum insignior
ubiq⁹ fama loqueretur: quā pmpriorē ad narrandum diligēti
orē faciebat. et supne signatōis nouitas: et eruentissimi p-
secutoris impietas. Tunc autē etiam egipto saluator illat⁹ est
ut gens antiquis errorib⁹ dedita: iam ad uicinam salutem p
occultam gratiam signaretur. et que nōdum eiecerat ab ani-
mo supbiādem: iam hospicio reciperet ueritatem: Merito
igitur dilectissimi dies ille manifestatione domini consecra-
t⁹ specialem in toto mundo obtinuit dignitatem que in cor-
dib⁹ digno debet splēdore clarescere: ut rerum gestarum or-
dinem non solum credendo. sed etiam intelligendo uenere-
mur. Quantum ergo gratiarum actionem debeamus domino
pro illuminatione: probat obsecratio Iudeorū Quid enim tam
cecum quid tam lucis alienum q̄ illi sacerdotes et scribe
Israelitarum fuerunt qui percunctantib⁹ Magis et He-
rode querente ubi Christus secundum scripturam testimoni

um nasceretur hoc responderunt de prophetico eloquio :
 quod indicabat stella de celo .que utiq; poterat Magos Ihe-
 rosolymis pretermittis usq; ad cunabula pueri sicut postmodū
 fecit sua significatione perducere nisi ad confutandam Jude-
 orum duriciam pertinuisset ut nō solum ductu sideris .sed eti-
 am ipsorū p̄fessione innotesceret natiuitas saluatoris : Jam
 ergo ad erudiciōem gentium propheti⁹ sermo transibat : et
 p̄nunciatis antiquis oraculis Xpm alienigenarū corda disce-
 bant : cum Iudeorum infidelitas ueritatem ore proferret : &
 mendacium corde retineret . Soluerunt enim agnoscere oc-
 culis quem de sacris indicabant libris : ut quē non adorabāt
 in infācie infirmitate humilem . postea crucifigerēt in uirtu-
 tis sublimitate fulgentem . Que ista Iudei tam impiti in uo-
 bis sciencia est et tā inodda doctrina . Interrogati ubi Xps
 nasceretur : ueraciter & memoriter dicitis q; legistis in Beth-
 leem Iude . Sic enim scriptum est p̄ prophetam . Et tu Beth-
 leem terra Iuda : non es minima inter principes Iuda . Ex
 eum exiet Dux qui regat populum meum Israel . Hunc
 principem natum et pastorib⁹ angeli : et uobis annuntiare
 pastores . Hunc principē natum longinque orient alium geni-
 um naciōes in solito noui sideris splendore didicerunt : et ne
 de loco editi regis ambigerent nostra erudicio p̄didit : quod
 stella non docuit . Cur uobis uiam quam alyis apperitis ob-
 struitis . Cur in nostra infidelitate residet dubium : quod ex
 uestra fit responsione manifestum . Locum natiuitatis de
 scripturarum testimonio demonstratis presenciam temporis
 de celi et terre attestacōe : cognoscitis : et tamen ubi ad per-
 sequendum anim⁹ herodi exarsit : ibi ad non credendū ues-
 ter sens⁹ obduruit . Felicior ergo ignorācia infanciā quos
 persecutor occidit . q̄ uestra sciencia quos in sua perturbati-
 one consuluit : Vos noluidis regnum eius recipere : cuius
 oppidum potuistis ostendere . illi potuerunt p̄ eo mori : quē
 nondum poterant profiteri : ita Christus ut nullum temp⁹
 ei esset absq; miraculo : ante usum lique potestatem uerbi
 exercebat . Et quasi iam diceret . Sinite paruulos : ueni-
 re ad me : Talium est enim regnum celorum . Flos glori-
 e coronabat infantes et de iniiciis suis paruulorum primor

Deo consecrabat ut discerneretur neminem humanum diuini im-
capacem esse sacramento: quando etiam illa etas gloria el-
set apta martirii: Agnoscam? ergo dilectissimi in magis ado-
ratoribus. Et pi uocationis nostre fideis primicias et exultan-
tibus animis beate spei initia celebrem? Exinde enim in e-
ternam hereditatem cepim? introire. Exinde nobis Xpm loquen-
cium scripturarum archana patuerunt et ueritas quam Iu-
deorum obsecratio non recepit: omnibus nationibus humen-
tum innoxit. honoretur itaq; a nobis sacratissimus dies in
quo salutis nostre autor apparuit et quem filii infantem
uenerati sunt in cunabulis nos omnipotentem adoremus
in celis. et sicut illi de thesauris suis mittitas dno munerum
species obtulerunt: Ita et nos de cordibus nostris que deo
sunt digna: promamus: Quamuis enim omnium bonorum sit
ipse largitor etiam nostre tamen fructum querit industrie.
Non enim dormientib? preuenit regnum celoru: sed in ma-
dati dei laborantib? atq; uigilantib?: ut si dona illius irrita
non fecerim?: p ea que dedit mereamur accipe que pmisit.
Vnde cohortamur dilectionem uestram ut abstinentes uos
ab omni ope malo: que sunt casta et iusta sectamini. filii enim
lucis abicere debet opa tenebray. itaq; odia derelinate: me-
daria abicite: supbiam humilitate destruite: auariciam lar-
gitate delete. Decet enim ut capiti sua membra cōiungant
ut pmissoz benedictionum mereamur esse consortes. Per
Dominum nostrum Ihesum Christum Qui uiuit et regnat
in secula seculorum: Amen.

De Epiphania Domini Ciusdem Sermo Tertius

Vamuis sciam dilectissimi q; sanctitatem uestram hodi-
erne festiuitatis causa non lateat: eamq; scdm con-
suetudinem euangelic? sermo uobis reseruauerit: tamen ut
nostri nichil desit officij loqui de eodem quod domin? dona-
uerit audebo. ut in cōmuni gaudio: tato religiosior sit om-
nium pietas: quantomagis omnib? fuerit intellecta solēti-
tas. Proinde namq; misericordie dei dispositū habēs pe-
unti mundo in nouissimis temporibus subuenire: saluationē

omnium gentium p̄uenit in X̄po : ut quia et rumpas natio-
 nes a ueri dei cultu impius dudum error auerterat : et ip̄e
 peculiaris dei popul⁹ Israhel ab institutis legalib⁹ pene to-
 t⁹ exciderat conclusis omnib⁹ sub peccato omnium misere-
 tur. Deficiente enim ubiq⁹ iusticia et toto mundo inuana et
 maligna p̄lapso nisi iudicium suum diuina potestas differret :
 uniuersitas hominum sententiis dānacōis excipet. Sed in
 indulgenciā ira translata est : Et ut clarior fieret exercen-
 de gratie magnitudo : tunc placuit abolendis peccatis homi-
 num sacramentum remissionis asserri : quando nemo pote-
 rat de suis meritis gl̄ari. Hui⁹ aut̄ ineffabilis misericordiē
 māifestarō facta ē Herode apud Iudeos ius regiū tenēte : ubi
 legitima regum successione cessante : et pontificum potestate
 destructa : alienigena obtinuerat principatum : ut ueri regis
 ort⁹ illius prophēcie p̄haretur uoce que dixerat : Non de-
 ficiet princeps ex Iuda : neq⁹ dux defemorib⁹ eius : donec
 ueniat cui repositum est regnum : et ipse erit expectatio gē-
 tium. De quib⁹ quōdam beatissimo Patriarche Abrahe in
 numerabilis fuerat p̄missa successio : non carnis semine : sed
 fidei fecunditate generanda : et id eo stellarum multitudi-
 ne cōparata. ut ab omnium patre gentiū non terrena sed ce-
 lestis p̄genies speraret : Ad creandam ergo p̄missam posse-
 ritatem : heredes in siderib⁹ designati sortu noui sideris ex-
 titantur : ut in quo celi adhibitum fuerat testimonium ce-
 li famularetur obsequiū. Cōmouet magos remotioris orie-
 tis habitatores stellis ceteris stella fulgērior & d̄ mirādi lu-
 minis claritate uiri ad hec spectanda nō insc̄y magnitudinē
 sanctificacōis intelligunt : agente hoc sine dubio in eorū cor-
 dib⁹ inspiratione diuina : ut eos tante uisionis mysteriū nō
 lateret : et quod oculis ostendebatur insolitum : animis nō
 esset obscurum. Deniq⁹ officium suū cum religione disponūt
 et hys se instruunt donis ut adoraturi unum tria se simul
 credidisse demonstrēt. Aureo honorantes p̄sonam regiam :
 Mirra humanam. Thure diuinam. Ingrediuntur enim in
 daici regni precipuā ciuitatem et in urbe regis ostendi sibi
 possulant puerum quem ad regendū sibi didicerant procrea-
 tum : Conturbatur Herodes : timet salutē suē : metuit po-

testati. Requirit a sacerdotib⁹ et doctorib⁹ legis : quid de
ortu Xpi scriptura predixerit. In noticiam venit quod fue
rat prophetatū. Veritas illuminat magos : Infidelitas ob
cecat magistros. Carnalis Israhel non intelligit quod legit
Non uidet quod ostendit : Utitur paginis : quarum nō cre
dit eloquy. Vbi est Iudea gloria tua : Vbi de Abraham
ducta nobilitas : fōne circūcisio tua p̄putium facta est : Ecce
maior seruis minori : et alienigenis in sortē hereditatis tue
intrautib⁹ ei⁹ testamenti quod in sola littera tenes recitari
one famularis. Intret in Patriarcharum familiam genciū
plenitudo : et benedictōem in semine Abrahę qua se carnis
abdicant filij promissionis accipiant. Adorent in trib⁹ ma
gis omnes populi uniuersitatis autorem et non in iudea
tū deus : sed in toto orbe sit not⁹ : et ubiq; in Israhel sit
magnum nomen ei⁹. Quoniam hanc electi generis dignita
tem : sicut infidelitas in suis posteris conuincit esse dege
nerem : ita fides omnib⁹ facit esse cōmunem. Adorato autē
domino magi et omni deuotione cōpleta : scdm̄ admonitōem
somp⁹ nō eodem quo uenerāt itinere reuertuntur. Opor
tebat enim ut is in Xpm credētes : non p̄ antique cōuersa
cōis semitas ambularent : sed nouam ingressi uia a relictis
errorib⁹ abstinere. Tamen ut ecis Herodis uacuarentur
insidię : qui in puerum Ihesum impietatem doli p̄ simulatio
nem disponebat officij. Vnde quia spes illi⁹ erat soluta co
menti : in maiorem furorē iracundia regis ardescit. fū
recolens temp⁹ quod indicauerāt magi in omnes Bethleem
pueros rabiem crudelitatis effundit : et rede generali uniuers
se ciuitatis illi⁹ in eternam gloriam transitoriam cruciat
infanciam existimans fore ut nullo illuc puulo nō occiso oc
cideretur Xps. At ille qui sanguinem p̄ mundi redemptiōe
fundendum in aliam differret etatem : egipto se parentum
ministerium subiecus intulerat. Repetens scilicet Hebre
e gentis antiqua cunabula et principatum ueri Ioseph ma
ioris providencie potestate dispenens : ut illem dirio rem
omni inedia famem qua Egipciorum mentes ueritatis in
opia laborabant : Veniens de celo panis uite et cib⁹ ra
tionis auferret nec sine illa regione pararetur singularis

40

hodie sacramentum in qua primum occisione agni salutife-
 rum lignum crucis et pascha domini fuerat preformatum
 His igitur dilectissimi migracie misteriiis eruditi diem primici-
 arum nostrarum et inchoationem uocationis gentium rationa-
 bili gaudio celebremus : gratias agentes misericordie deo : qui
 dignos nos fecit sicut ait Apostolus : in partem sortis sac-
 torum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum :
 et transtulit in regnum filii dilectionis sue . Quoniam sicut
 prophetavit Esayas . Gentiū ppli qui sedebat in tenebris ui-
 dit lucem magnā et qui habitabāt in regione umbre mortis
 lux orta est eis . De quib9 idem dicit ad dominū . Gentes
 que te non nouerunt inuocabunt te : et populi qui te nescie-
 bant ad te confugient . Hunc diem Abraham uidit et gau-
 sus est : cum benedicēdos fidei sue filios in semine suo quod
 est Xps agnouit : et omnium se futurum gentium patre ere-
 dendo pspexit : datus gloriam deo : et plenissime sciēs quoni-
 am quod pmisit potens est facere . Hunc diem Dauid canē-
 bat in psalmis dicens . Omnes gentes quas fecisti uenient
 et adorabunt coram te domine : et glorificabunt nomē tu-
 um . Et illud solum fecit domin9 salutare suum ante con-
 spectum gentium reuelauit iusticiā suam . Quod utiq; exinde
 fieri nouim9 : ex quo tres magos de longinquitate sue regi-
 onis excitatos : ad cognoscendum et adorandum regem ce-
 li et terre stella pduxit : et recte intuentibus quotidie appa-
 rere non desinit . Et si potuit notum facere Xpm in infā-
 cia latentem : quantomēgis potest eundem manifestare in
 maiestate regnantem . Cui utiq; famulat9 ad formam nos
 sui obsequy hortatur : ut huic gracie qua omnes inuitātur
 ad Xpm quantum possum9 seruiam9 . Quicūq; enim in ec-
 clesia pie uiuit et caste qui ea que sursum sunt sapit : non
 que sup terram : celestis qāmōdo instar est luminis . Et dū
 ipse sancte uite nitorem seruat : multis uia ad dominū quasi
 stella demonstrat . In quo studio omnes dilectissimi uobis
 inuicem prodesse debetis ut in regno dei ad quod recta fide
 et bonis opibus puenitur . sicut filii lucis splendatis : p
 Christum dominum nostrum Amen .

De Epiphania domini eiusdem Sermo Quartus.

Uñ et rationabile dilectissimi uere pietatis obsequiū
ē. in diebus qui diuine misericordie opa ptestatur: to-
to corde gaudere: et honorifice ea que ad salutem nostrā
gesta sunt celebrare. uocante nos ad hanc deuotionem ip-
sa recurrence temporum lege que nobis post diē: in quo
coeternus patri filius dei natus ex uirgine est: breui inter-
uallo Epiphanie intulit festum: ex apparitōe domini cōse-
cratum: In quo fidei nostre magnum presidium provide-
ria diuina cōstituit: ut dum solenni ueneratione recolitur:
adorata in exordys suis saluatoris infācia: p ipsa origina-
lia documenta probaretur ueri hominis in Xpo orta natu-
ra. Hoc enim est quod iustificat impios: hoc ē quod ex pec-
catorib⁹ facit sanctos: si in uno eodemq; domino nostro Jhe-
su Xpo et uera deitas: et uera credatur humanitas. Dei-
tas qua ante omnia secula: in forma dei equalis est patri:
et huāitas qua nouissimis dieb⁹ in forma serui unitus est ho-
mini. Ad roborandam ergo hanc fidem que contra omnes
pñciabatur errores: ex magna factū est diuini consilij
pietate: ut gens in lōingua orientalis partis regione cō-
sistens: que spectandorum sider⁹ arte pollebat signū nati pu-
eri: qui sup omnem Israhel esset regnatur⁹ acciperet. Stella
etenim claritas apud magos stelle illustratōis apperuit: et
intuentium animos ita ad miratōe sui splendoris impleuit:
ut nequaq; sibi crederent negligendū quod tanto nunciaba-
tur iudicio. Preerat autē sicut res docuit huic miraculo gra-
tia dei: et cum Xpi natiuitatem nec ipsa ad huc Bethleē
tota didicisset: iam illā credituris gentib⁹ inferebat. Et
quod nōdum poterat humano eloquio differi: celo faciebat
euangelisante cognosci. Quamuis autem diuine dignatōis
esset hoc mun⁹. ut cognoscibilis gentib⁹ fieret natiuitas sal-
uatoris: ad intelligendū tamen miraculum signi: potuerūt
Magi et de antiquis Balaam pñciatōib⁹ cōmoueri: scien-
tes olim esse predictū et celebri memoria diffamatū. Orie-
tur stella ex Jacob: et exurget homo ex Israhel. et domiābi-
tur gentiū. Tres itaq; uiri fulgore insoliti sideris diuinit⁹

41

Incisati praeuium micantis luminis cursum sequuntur: ex
 istimantes se signatum puerum Iherosolimis in ciuitate re
 gia repturos. Sed cum eos hec opinio fecellisset: p̄ Iudeo
 rum Scribas atq; doctores quod sacra de ortu Xpi preñdei
 auerit scriptura didicerunt ut gemino testimonio confirmati
 ardentiori fide expeterent: que et Belle claritas: et pphetic
 manifestabat auctoritas. Proloato autem diuino oraculo p
 responſa pontificum: et declarata spiritus uoce que dicit.
 Et tu Bethleem terra Iuda nō es minima inter principes
 Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populū meū Isra
 hel: q̄ facile et q̄ consequens fuit Hebreorum procures cre
 derent quod docebāt. Sed apparet illos carnaliter cū He
 rode sapuisse et regnum Xpi cōmune cum huius mundi potes
 tatib; extimasse: ut et illi tempalem sperarent ducem: et
 terrenum metuerent illi cōsortem. Suppluo Herodes timo
 re turbatis: et frustra in suspectum tibi puerum leuire mo
 lis. Non capit tibi Xps regia tua nec mundi dominus po
 testatis tue sceptri ē contēt; agustus. Quē in Iudea regna
 re non uis ubiq; regnat. et felicius cuius ipse regnaret: si
 eius imperio subdereris. Cur sincero officio non facis. quod
 sub dola fallitate prmittis. Berge cum magis et uerum
 regum simpliciter adorando uenerare. Sed tu Iudaice sec
 tator cecitatis non pmitaris gentium fidem. corq; puerum
 ad crudeles conuertis insidias: nec illum occisur; quem me
 tuis: nec illis nocitur; quos pimis. Deducti igitur dilectissimi
 Magi in Bethleem Belle p̄cedentis obsequio gauisi sunt gau
 dio magno ualde sicut euāgelista narrauit. Et intrantes
 domum inuenerunt puerum cum Maria matre ei; et pro
 cidentes adorauerunt eum. et apertis thesauris suis. obtule
 runt ei munera. Aurum: Thug: et Mirram. O p̄fede scien
 tie mirabilem fidem: quam non terrena sapientia erudiuit
 sed spiritus sanctus instituit. Vnde enim hy uiri cum p̄fiscer
 rentur de patria qui nōdū uiderāt Ihesum: nec aliquo in
 tuitu eius q̄ eum tam ordinate uenerarentur aduerterent
 Hanc deferendoy munez seruauere rationem: nisi quis il
 le preter Belle speciem que corporeum incitauit intuitum
 fulgentior ueritatis radius eoy p̄docuit corda: ut priusq;

labores itineris inchoarent : eum sibi signari intelligerēt :
cum in Auro regius honor : in Thure diuina ueneratio :
in Mirra mortalitatis confessio deberetur . Et hoc quidē
quantū ad illuminandem fidem ptinebat : potuerūt illis cre-
dita et intellecta sufficere : ut corporali intuitu non requi-
rerent : quod plenissimo visu mentis inspexerant . Sed di-
ligencia officij sagacis : usq; ad uidendum puerum pseuerās
futuri temporis populis et nostri seculi hominib; seruiebat
ut sicut omnib; p̄fuit quod post resurrectionem domini uesti-
gia uulnē in carne ei; Thome apostoli explorauit manus
ita ad nostram utilitatem proficeret quod infantiam ipsius
Magorum p̄bavit aspectus . Viderunt utiq; Magi et adora-
uerūt puerum de tribu Juda de semine David scdm carnem :
factum ex muliere factum sub lege quam non soluere uene-
rat : sed adimplere . Viderunt et adorauerunt puerum quā-
titate paruulum : aliene opis indignum : fandi impotem
et in nullo ab humane infantie generalitate dissimile . quia
sicut fidelia erant testimonia que in eo maiestatem inuisi-
bilis diuinitatis assererent : ita p̄batissimū esse dicebat : uer-
bum carnem factū et sempiternam illam essentia filij dei ho-
minis ueram suscepisse naturam : ne uel ineffabilem operū
secura miracula nec expienday supplicia passionū . sacramē-
tum fidei ex re; diuersitate turbarent cum iustificari omne
no non possent : nisi qui dominum Ihesum et uerum deum
et uerū hominē credidissent . Huic singulari fidei dilectissimi :
et p̄dicare p̄ omnia secula ueritati : dyabolica manicheorum
resistit impietas : qui sibi ad interficendas animas nefandi
dogmatis ferale cōmentū de sacrilegis et fabulosis menda-
cis texuerunt et p̄ has insaniaz opinionum ruinas : eosq; p̄-
cipites prouerunt ut sibi falsi corporis fingerent Xpm : qui
nichil in se solidum nichil uerum hominū oculis adibusq; p̄e-
buerit : sed simulate carnis uacū ymaginem demonstrauit .
Indignum enim uideri uolunt ut credatur deus dei filius .
femineis se inseruisse uiscerib; et maiestatem suā huic contu-
melie subdidisse ut nostre carnis immixtus in uero humane
substantie corpe nasceretur : cū totū hoc opus nō iniuria sit
ipsius sed potencie : nec credenda pollutio sed gloriosa digna

do. Sic enim lux ista uisibilis nullis immundicijs quib9 sup
 fusa fuerit uiolatur. nec radio9 solis nitorem quem corpo
 ream esse creaturam non dubiū est: loca ulla sordencia uel
 sordida contamināt: quod illi9 sempiternae et incorporee lu
 cis essenciam potuit qualibet sui qualitate polluerē: que se
 ei quā ad ymaginem suam condidit sociando creature puri
 ficacionem pōitit: maculam non recepit. et sic sanauit uul
 nera infirmitatis: ut nulla pateretur dēna uirtutis. Quod
 diuine pietatis magnum et ineffabile sacramentum: quia om
 nib9 sacra9 scriptura9 testificationibus est nunciātū. Idē de
 quib9 loquimur aduersary ueritatis legem p Moysen datā
 et inspirata diuinitus propheta9 oracula respuerunt: ipsaq
 euangelicas et apostolicas pagines: quedam auferendo: &
 quedam inferendo uiolauerunt cōfingētes sibi sub aposto
 lo9 nominib9 et uerbis ipsius saluatoris multa fallitatis:
 quib9 erroris sui multa cōmenta munirent: et decipiendoy
 mentib9 mortifex uir9 infunderent. Videbant enim sibi
 uniuersa obliuere: omnia reclamare: et nō solum nouo sed
 etiam ueteritellamēto sacrilege impietatis suae clementiam
 cōsultari. Et tamen in furiosis mendacijs pāscentes ecclesi
 am dei deceptiōib9 suis pturbare nō desinunt: hoc miseris
 quos illaqueare potuerunt pūadentes: ut negent a dēni
 no Ihesu Xpo humanam naturā uere esse susceptam: negēt
 eum uere p mundi salute crucifixum: negent de ei9 latere
 lancea uulnerato sanguinem redemptionis et aquā fluxisse
 baptismatis: negent eum sepultum ac die tertia suscitatum:
 negent eū in conspectu discipuloy cōsedēdū in dextera patris
 sup o9 celo9 altitudines eleuatum. ut tota apostoli ueritate
 simboli sublata null9 met9 terreat impios: nulla spes inci
 tet sēctos: negent a Xpo uiuos & mortuos iudicandos: & quos
 tantoy sacramentoy uirtute priuarint: doceant in sole et
 luna colere Xpm: et sub nomine spiritus sancti ipsum taliū
 impietatum magistrum adorare Manicheum. Ad cōfirmā
 da igitur dilectissimi corda nostra in fide et ueritate pōit
 omnib9 hodierna festiuitas ex testimonio manifeste saluato
 ris infancie cōfessio catholica muniat: et nunc nostre car
 nē in Xpo negancium anathematizetur impietas. De qua

nos beatus Johannes apostolus non dubio sermone p̄monuit
dicens . Omnis spiritus qui confitetur Xpm̄ Ihesum in car
ne uenisse ex deo est . et omnis spiritus qui soluit Ihesum : ex
deo non est : et hic est anti xps . Nichil ergo cum huiusmodi
hominibus cōmune sit cuius xp̄iano : nulla cum talibus habeatur
societas : nullus cōsorcium p̄sit uniuerse ecclesie q̄ multi ipsoz
domino miserante detecti sunt : et in quibus sacrilegis uiue
rent eozdem confessione patefactum est . Neminem fallant
dilectōibz ciborum : sordibus uestium : uultuq̄ palloribus .
Non sunt casta ieiunia que non de racōe ueniunt cōtinencie
sed de arte fallacie . Hactenus uocuerunt incautis . hac
tenus illuserunt imperitis . Post hoc nullus excusabilis erit
lapsus : nec iā simplex habendus est . sed ualde nequam atq̄
puerlus . qui deinceps reclusus fuerit nephando obstricōe er
rore . Ecclesiasticum sane et diuinum institutum non solū nō
inhibem⁹ sed etiā incitam⁹ affectum : ut etiam p̄ talibus nobis
cum domino supplicetis . quoniam et nos deceptorū anima
rum ruinas cum fletu et merore miseramur . exequentes
apostolice pietatis exēplū : ut in infirmantibus infirmemur
et cum fletibus defleamus . Speramus enim exorandā mi
sericordiā dei : multis lacrimis et legitima satisfactione lap
sorū . Quia dum in hoc corpore uiuitur nullus desperanda re
paratio : sed omnium est optanda correptio . auxiliante do
mino qui erigit elisos : soluit compeditos : et illuminat cō
cos . Cui est honor et gloria in secula seculorū Amen .

De Epiphania domini eiusdem Sermo Quintus

Odiernam festiuitatem dilectissimi apparicio salua
toris nostri sicut nobis illustrat . Et hic ille dies est :
quo ad cognoscendum adorandumq̄ dei filium tres Magos
preuia stella p̄duxit . Cuius facti memoriam merito placuit
honore annuo celebrari : ut dum euangelica hystoria inces
santer recensetur : semp̄ se intelligenciū sensibus inferat sa
lutiferū misterium . Per insigne miraculum p̄steterant quidē
multa documenta que corpoream natiuitatem domini menti
fidelis iudicis declararent : huc cum beata Maria uirgo se

43

emendandam se spiritu sancto pariturus dei filium audiuit et
credidit: huc cum ad salutandem ipsam in utero Elisabeth uo-
dum natus Johannes prophetica exultatione commotus et qua-
si etiam intra matris viscera iam clamaret. Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi. Vel cum ortu domini an-
gelo nuntiante pastoribus celestis exercitus fuit. claritate cir-
cundati: ut non ambigerent de potestate pueri quem erant
in presepe uisuri uer putarent: quod in sola natura hominis
esset editus: cui supne milicie famularetur occurrere. Sed
hec atq; alia huiusmodi paucis tunc uidentur innotuisse plo-
uis: que uel ad cognandem Mariam uirginis: uel ad sancti
Ioseph familiam pertinebat: Hoc autem signum quod magos in lo-
gum quo positos efficaciter mouit: et ad dominum Ihesum per-
seueranter attraxit: illi sine dubio gratie sacramentum et
illius fuit uocationis exordium quoniam non in Iudea tunc
sed etiam in toto mundo Christi erat euangelium predicandum: ut
per illam stellam que Magorum splenduit uisui: Israelitarum
uero oculis non refulsit: et illuminatio signata sit gentium
et cecitas Iudeorum: Permanet igitur dilectissimi sicut euiden-
ter apparet millicorum forma gestorum et quod inchoabatur ue-
ritate completur. Radiat namque a celo stella per gratiam: et tres
Magi choruscatione euangelici fulgoris acciti: in omnibus
quotidie nationibus adorandam summi regis infantiam oc-
currunt. Herodes in dyabolo quoque fremit et auferri sibi
iniquitatis sue regnum in his qui ad Christum sunt ingemiscit
Vnde si paruulos interficiat: Ihesum sibi uidetur interfice-
re. Quod utique facere sine cessante molitur: dum primordi-
is renatorum spiritum sanctum eripere: et quadam tenere fidei
uelut infantiam temptat extinguere. Iudei uero qui extra
Christi regnum esse uoluerunt: ad hoc quomodo sub Herodis sunt
principatu: et dominante sibi saluatoris inimico alienige-
ne seruiunt potestati quasi nesciunt prophetatum dicente
Jacob: Non deficiet princeps ex iuda et dux de femoribus
eius donec ueniat cui reposita sunt. et ipse est expectatio
gentium Sed nondum intelligunt quod negare non possunt et
mente non capiunt: quod scripturarum ueritate non uenerunt
quoniam insanis magistris ueritas scandalum est: et ceteris

doctorib⁹ fit caligo quod lumen est. Respondent itaq; inter
rogati q; in Bethleem nascitur Xps. et scienciam suam qua
alios instruunt non secuntur. Perdiderunt ergo successiōem
regum: placaciōem hosti⁹: locum supplicationum: ordinem
sacerdotum: et cum omnia sibi clausa: omnia expiantur et
se finita. Non uident ea in Xpo esse translata. Unde q;
illi tres uiri uniuers⁹ gentium psonam gerentes adorato
domino sunt adepti: hoc in populis suis per fidem que iusti
ficat impios tot⁹ mundus allequitur. et hereditatem ante
secula accipiunt adoptiui: et perdunt qui uidebantur esse
legittimi. Resipisce tandem Iudee Resipisce: et ad redemp
torem etiam tuum deposita infidelitate conuertere. Noli
sceleris tui immanitate terreri. Nō illos Xps: sed pec
catores uocat. nec impietatem tuam repellit: qui pro te
dum crucifixus esset orauit. Immitem crudelium pat⁹ tuor⁹
solue sententiam: neg te eor⁹ maledictio patiaris obstringi.
qui clamātes de Xpo Sanguis eius sup nos et sup filios nos
tros: facin⁹ in te sui criminis transfuderunt. Redite ad
misericordiē. utimini clementia remittentis. Seueria enim
uestre iniquitatis conuersa est in causam salutis. Vinit quē
perire uoluistis. confitemini negatum. adorate uenditum
ut nobis bonitas illi⁹ plet: cui uestra malignitas nocere non
potuit. Quod ergo ad ueram dilectissimi ptinet caritatem:
quam etiam inimicis nostris ex dominica erudiciōe debemus
et optandum nobis est et studendum: ut hic popul⁹ qui ab il
la spiritali pat⁹ nobilitate defecit: ramus sui arboris inse
ratur. Multum enim nos illa beniuolencia cōmendat quis
ideo delictum illo⁹ nobis misericordie locum fecit: ut eos
ad emulationem salutis recipiend⁹ fides nostra reuocaret
flam uitam pio⁹ non solum sibi sed etiam alijs esse utilem
decret. ut quod apud eos agi non potest uerbis obtineatur
exemplis. Considerantes itaq; dilectissimi ineffabilem erga
nos diuinor⁹ mun⁹ largitatem: cooperatores sum⁹ gratie
dei coopantis in nobis Non enim dormientibus prouenit
regnum celo⁹: nec otio desidias torpentib⁹ beatitudo: eter
nitatis ingeritur Sed quia sicut Apostolus apt Si cōpatimur
et conglorificabimur illa nobis currenda est est uia quam

79

ipse dominus se esse testificatus est: qui nobis nullis operis me-
 ritis suffragantibus et sacramento consuluit et exemplo:
 ut in adoptionem uocatos per illud pueret ad salutem: per
 hoc imbueret ad laborem. Hic autem labor dilectissimi pater-
 filys et bonis seruis non solum nec asper nec onerosus: sed
 etiam suavis et levis est dicente domino Venite ad me omnes
 qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos Tollite iu-
 gum meum super uos et discite a me quia mitis sum et hu-
 milis corde Et inuenietis requiem animabus uestris Iugum
 enim meum suauis est et onus meum leue Nichil ergo di-
 lectissimi arduum est humilibus et nichil asper mitibus: et fa-
 cile omnia mandata ueniunt in effectum: quando et gratia
 pretendit auxilium: et obediencia mollit imperium Into-
 nante igitur quotidie auribus nostris eloquio dei quid diuine
 iusticie placeat scire conuincitur Sed quia iudicium illud quo
 unusquisque recipiet prout gessit: siue bonum siue malum: iudi-
 caturi patientia et bonitate differtur. impunitatem sibi in-
 iquitatis in fidelium corda permittunt. et putant humanorum
 aduocatus qualitates ad diuine prouidentie non pertinere censu-
 ram. quasi non euidentissimis plebis supplicis male gesta
 pleduntur aut non sepe se celestium comminationum terror
 ostendat: quibus utique et fides mouetur et infidelitas increpa-
 tur Inter hec autem permanet super omnes benignitas dei et
 nulli misericordiam suam denegat: cum indiscrete uniuersis
 bona multa largitur. eosque quos merito subderet penis ma-
 uult inuitare beneficiis: Dilatio enim uindictae dat locum pe-
 nitentie. Nec tamen dici potest: nulla ibi est ultio ubi nulla est conuer-
 sio: quia mens dura et ingrata iam sibi ipsa supplicium est. et
 in conscientia ipsa patitur: quicquid dei bonitate differtur.
 Non ita igitur delinquentes peccata delectent ut illos in suis
 actibus uite huius finis inueniat: Quoniam in inferno nulla
 est correptio nec datur remedium satisfactionis si iam non
 superest actio uoluntatis: dicente Propheta David Quoniam
 non est in morte qui memor sit tui In inferno autem quis
 confitebitur tibi Fugiantur nocte uoluptates: inimica gau-
 dia. et desideria iam iamque peritura. quis fructus est que-
 re utilitas ea indelineret cupere: que etiam si non deserunt

deferenda sunt. Amor rerum deficientium ad incorruptibilia
transferatur: et ad sublimia uocatus animus celestibus de
lectetur: Confirmate amicitias cum sanctis angelis intra
te in ciuitatem dei cuius nobis spondetur inhabitatio. et
Patriarchis et Prophetis et Apostolis et Martiribus la
ciamini. Unde et illi gaudent: inde gaudete. horum diuiti
as concupiscite. et per bonam emulacionem ad ipsorum ambitu suf
fragia. Cum quibus enim fuerit nobis consortium deuotionis
erit et comunio dignitatis. Dum itaque tempus nobis ad ma
data dei exequenda conceditur glorificate deum in corpo
re uestro: et lucete dilectissimi sicut luminaria in hoc mundo.
Sicut lucerne mentium uestro tempore ardentes. et nichil re
sidat uestris tenebrosum in cordibus. quoniam sicut ait Apo
stolus. Finis aliquando tenebre: sunt autem lux in domino.
Impleanturque in nobis que in trium Magorum ymagine pre
cesserunt: et sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uidentes
opa uestra bona magnificent patrem uestro qui in celis est.
Sicut enim magnum peccatum est cum inter gentes per ma
los christianos nomen Christi blasphematur. Ita magnum pieta
tis est meritum: cum eidem in sancta seruatorum suorum conuer
satione benedicatur. Cui est gloria in secula seculorum Amen.

De Epiphania domini eiusdem Sermo Sextus

Ies dilectissimi quo primum gentibus saluator apparu
it: sacro nobis uenerandus est: illa hodie cordibus
nostris concipienda sunt gaudia. que in trium Magorum fuere
pectoribus: quando regem celi et terre: signo et dudu noui se
deris incitati quem crediderant promissum adorauere conspi
cium. fleg ita ille emensus est dies: ut uirtus operis que tunc
est reuelata transierit: nichilque ad nos nisi rei geste fama
puenerit quam fides suscipet. et memoria celebraret. cum
multiplicato munere dei etiam quotidie nostra expiantur
tempora quicquid illa habuere primordia. Quamuis igitur
narratio euangelice lectionis illos proprie retinet dies: in
quibus tres uiri: quos nec prophetica predicatio docuerat nec
testificatio legis instruxerat: ad cognoscendum deum a remo

45

tissima orientis parte uenerūt. Hoc idem tamen et ma-
 nifestius nunc et copiosius fieri in omnium uocatoꝝ illumi-
 natione p̄spicim⁹: quoniam impletur p̄phetia Esaye dicen-
 tis. Reuelauit dominus brachium sanctum suum: in conspec-
 tu omnium gentium et uiderunt omnes fines terre salutē
 que a domino deo nostro est. Et itē: Quibus non est nun-
 tium de eo uidebunt: et qui non audierunt intelligent
 Unde cum homines mundane sapientie deditos: et a Ihesu
 Xpi confessione longinquos: de p̄fundo sui erroris educi:
 et ad cognitionem ueri luminis cernim⁹ aduocari diuine
 p̄culdubio gracie splendor opatur et quicquid in cordib⁹ te-
 nebrosis noue lucis apparet de eiusdem stelle radys mi-
 rat: ut mentes quas suo fulgore contigerit et miraculo mo-
 ueat et ad deum adorandum p̄uendo p̄ducatur Si autē sollicito
 intellectu uelim⁹ asp̄icere quomodo etiam triplex illa spe-
 cies munex ab omnibus qui ad Xpm gressu fidei ueniunt of-
 feratur: nōne in cordib⁹ recte credentium eadē celebratur
 oblatio. Aurum etenim de thesauro animi sui p̄mit: qui
 Xpm regem uniuersitatis agnoscit. Micram offert qui uni-
 genitum dei credit ueram sibi hominis unisse naturam Et
 quodam eum Thure ueneratur qui in nullo ipsum paterne
 maiestati imparem confitetur. Hys cōparacōib⁹ dilectissimi
 prudenter inspicis. inuenim⁹ etiam Herodis non deesse p̄-
 sonam cuius ipse diabol⁹ sicut tunc fuit occultus intentor:
 ita nūc quoq; indefect⁹ ē imitator Cruciatur enim uocacōe
 gēcium: et quotidiana potestatis sue destructione torquetur
 dolens ubiq; se deseri: et uex regem in locis omnib⁹ adora-
 ri. Parat fraudes: fingit dissensiones. erumpit in sedes.
 et ut reliquis quos ad huc fallit utatur Inuidia uritur in
 Iudeis: simulatione insidiatur in hereticis Seuicia accendi-
 tur in Paganis: Videt enim insuperabilem esse potētiā re-
 gis eterni cuius mors ipsius uim mortis extinguit et ideo
 totā nocendi artem in eos qui uero regi famulātur armauit
 alios p̄ inflatōem scientie legalis obdurans: alios uero in
 furorem p̄secucōis infligans: alios p̄ false fidei cōmenta
 deprauans. Sed hanc Herodis illius rabiem ille uincit et
 destruit: qui etiam paruulos martyꝝ gloria coronauit: et

Fidelib⁹ suis tam inuidiam indidit caritatem ut apostoli uer-
bis audeant dicere : Quis nos separabit a caritate Xpi :
tribulatio an angustia : an persecutio an fames : an nuditas
an periculum : an gladi⁹ sicut scriptum est : Quia propter
te mortificabimur tota die : estimati sumus sicut ovis occisi-
onis . Sed in hys omnib⁹ superamus propter eum qui dilex-
it nos . Hanc fortitudinē dilectissimi non illis temporib⁹
tū necessariam fuisse credimus : quib⁹ reges mundi et om-
nes seculi potestates cruenta impietate in dei populū seni-
ebant cum ad maximam ptinere gloriam suam ducerent . Si
de terris nomen xpianum auferrent : nescientes ecclesiā
dei p̄ furorem sue crudelitatis augeri : quam in supplicijs
et mortib⁹ beatorū martirū qui putabantur min⁹ numero :
multiplicabantur exemplo . Deniq⁹ tantum fidei nostre cō-
tulit impugnatio persecucionum . ut nichil magis regum or-
net principatum : q̄ q̄ domini mundi membra sunt Christi .
nec tam gloriantur q̄ in imperio geniti q̄ gaudent q̄ in bap-
tismate sunt renati . Sed quia tempestas priorū turbinum
conquieuit : et dudum cessantib⁹ prelys quedam uidetur arri-
dere tranquillitas : uigilanter cauenda sūt illa discrimina
que de ocio ipsi⁹ pacis oriuntur . Aduersarius autem qui in
aptis in efficacē persecutionibus fuit . tecta nocēdi arte desecuit
ut quos nō ptulit idu afflictionis : lapsu deiciat uoluptatis
Uidens itaq⁹ sibi resistere principum fidem . et unius dei
tatis inseparabilem trinitatem non leuius in palatys q̄ in
ecclesijs adorari . interdida dolet xpiani sanguinis fusionē
Et quorū obtinere nō potest mortes : impedit mores . Ter-
rores p̄scriptionū in auaritie mutat incendium : et quos dā-
nis non fregit : cupiditate corrumpit . Malignitas enim
lōgo usu propria imbuta nequicie non deposuit odium sed
uertit ingenium : quo sibi mentes fidelium blandius subdat
Inclamat enim cōcupiscentys : quos nō potest uexare tor-
mentis . Serit discordias : accendit iras : incitat linguas .
Et ne ab illicitis dolis cauciora se corda reuocent cōsumā-
dorū scelex ingerit facultates : quia illi⁹ tori⁹ fraudis hic
fructus est : ut qui imolatione pecudum et thuris incensio-
ne non colitur : quibuscūlibet ei criminib⁹ seruiatur . Habet

46

igitur dilectissimi patres nostra pericula sua : & frustra de fidei
libertate securi sunt : qui uiciorum desideria non resistunt.
Cor hominum de operum ostenditur qualitate : et formas
mentium species detegit actionum sicut quidam sicut
ait Apostolus qui deum persequuntur se scire : factis autem ne
gant. Vere enim reatus negationis incurritur : quando bo
num quod in sono uocis auditur in conscientia non habetur
fragilitas enim condicionis humane : facile in delicta pro
labitur : et quia nullum sine delectatione peccatum est
cito adquiescitur deceptorie uoluptati. Sed a carnalibus de
sideriis recurratur ad spirituale presidium : et mens habens
noticiam dei sui a consiliis se malefualis hostis auertat. Profit
illi paciencia dei : nec ideo delinquendi perniciosa nutriatur :
quia uindicta differitur non sit peccator de impunitate secu
rus : quia si tempus penitencie amiserit : locum indulgen
cie non habebit : dicente propheta Quia non est in morte
qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi
Qui autem sibi correctionis reparationem expetit esse diffici
lem : confugiat ad auxiliantis dei clementiam : et uincula ma
le consuetudinis ab illo poscat abrumpi : qui allevat omnes
qui corruunt et erigit omnes elisos non erit uacua confi
tentis oratio quoniam misericors deus uoluntatem timentium
se faciet et dabit quod petitur. qui dedit unde peteretur
per dominum nostrum Ihesum Christum uiuentem & regnantem
cum patre et spiritu sancto : in secula seculorum Amen

De Epiphania domini eiusdem Sermo Septimus

Emoria rex ab humani generis saluatore gestatum
magnum dilectissimi nobis confert utilitatem : si que ue
neramus condita suscipiamus imitanda. In dispensationibus e
nim sacramentorum Christi : et uirtutes sunt gratie et inci
tamenta doctrine : ut quem confitemur fidei spiritu : opere
quoque sequamur exemplo : sicut etiam ipsa primordia que dei
filius per matrem uirginem nascendo suscepit : ad profectum
nos pietatis instituunt. Simul enim apparet cordibus re
dis in una eademque persona : Et humana humilitas : Et

diuina maiestas . Quoniam cum testantur Infantem :
celum et celestia suum loquuntur autorem . puer corporis
parui dominus et rector est mundi . & genitricis gremio con-
tinetur : qui nullo fine concluditur . Sed in his nostrorum
uulnerum est curatio et nostre deiectionis erectio . quia nisi
in unum tanta diuersitas conueniret : reconciliari deo humana
natura non posset . Legem ergo uiuendi remedia nobis no-
stra sanperunt . et inde data est moribus forma : unde mor-
tus est impensa medicina : nec immerito : cum tres magos
ad adorandum Ihesum noui sideris claritas deduxisset non
eum imperantem demonibus non mortuos suscitantem . non
ceris visum : non claudis gressum : aut muti eloquium refo-
mantem nec in aliqua diuinarum uirtutum actione uiderunt
sed puerum silentem quietum et sub matris sollicitudine
constitutum in quo nullum quidem appareret de potestate
signum . sed magnum preberetur de humilitate miraculum .
Ipsa itaque species sacre infantie cui se deus dei filius apta-
rat : predicationem auribus intimandam oculis ingererat
et quod adhuc uocis non preberet sonum uisionis iam docebat effectum .
Tota enim uictoria saluatoris que et diabolum superauit & mun-
dum humilitate est concepta humilitate est confecta . Dispo-
sitos dies sub persecutione inchoauit et sub persecutione
finiuit nec puero tolerancia passionis nec passuro defuit ma-
suetudo puerilis quia unigenitus dei sub una maiestatis sue
inclinacione suscepit ut et homo uellet nasci ut ab hominibus
posset occidi . Si igitur omnipotens deus causam nostram ni-
mis malam : humilitatis priuilegio bonam fecit : et ideo de-
struxit mortem et mortis autorem . quia omnia que per-
secutores intulere non reuult . sed obediens patri crude-
litates seuiencium mitissima lenitate tollerant . Quantum
nos humiles : quantum oportet esse patientes : qui si quid
laboris incidimus : nunquam nisi nostro merito sustinemus . Quis
autem gloriabitur casum se habere cor : aut mundum se
esse a peccato : dicente beato Iohanne : Si dixerimus quia
peccatum non habemus : nosmetipsos seducimus . et ueri-
tas in nobis non est . Quis inuenitur ita immunis a culpa .
ut in eo non habeat uel iusticia quod arguat : uel misericordia

42

quod remittat. Unde tota dilectissimi mundane sapientie disciplina non in habundantia uerbi: non in astucia disputandi: neq; in appetitu laudis et glorie: sed in uera et uoluntaria humilitate consistit: quā dominus Ihesus Christus ab utero matris: usq; ad supplicium crucis pro omni fortitudine et elegit et docuit. Nam cum discipuli eius intra se ut ait Euangelista disceptarentur: quis eorum maior esset in regno celorum uocauit paruulum et statuit eū in medio eorum et dixit Amen dico uobis nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Quicūq; enim humiliauerit se sicut puer iste: hic maior est in regno celorum. Amat Christus infanciam: humilitatis magistrā: innocentie regulam: mansuetudinis formam. Amat Christus infanciam: ad quam maiorū dirigit mores: ad quam senum reducit etates: et eos ad suum inclinat exemplum quos ad regnū sublimat eternum. Ut autē plene ualeam; agnoscere quomodo apprehendi possit tam mira conuersio: et in puerilē gradum qua nobis mutatione redeundum sit. Docet nos beatus Apostolus et dicit. Nolite pueri effici sensib;: sed malicia paruuli estote. Non ergo ad lubrica infancie et ad impedita nobis primordia reuertendum: sed aliquid quod etiam graues aut nos deceat inde sumendum est uelox cōmorionum transit; cicius ad pacem recursus: nulla sit memoria offensionis: nulla cupiditas dignitatis. Amor socie dilectionis: equalitas naturalis. Magnum enim bonum est nō re non nōsse: et maligna non sapere. quia inferre ac referre iniuriam mundi huius prudentia est. nemini autē malū p malo reddere xpiane est equanimitatis infanciam. Ad hāc nos similitudinem dilectissimi paruulorum mysterium hodie ne festiuitatis inuitat: et hanc uobis humilitatis formam adorat; a Magis puer saluator insinuat: qui ut imitatorib; suis quid glorie pararet ostenderet: ort; suo tempore editos martirio consecrauit: ut in Bethleem ubi Christus natus est: geniti p cōmunionem etatis: consortes fierent passionis. Ametur ergo humilitas et dis a fidelib; uisetur elatō. Alter alterum sibi pferat et nemo quod suum est querat. sed quod alteri; ut cum in omnib; habundauerit affect; be

in uolencie: in nullo uirus inueniatur inuidie. Quoniam qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Eodem ipso attestante Ihesu Xpo. Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat de9 p omnia secula seculoy Amen.

De Epiphania Domini eiusdem Sermo Octauus.

Ausam dilectissimi et rationem solennitatis hodiernę sepe uobis et euangelica narracō et obseruancie cōsuetudo patefecit. Nec necesse est ita nunc que inter saluatoris nostrī primordia humana sunt gesta replicari: ut de splendore noui sideris: et de interfecione infancium disceramus: cum sicut uobis et in Belle fulgore dei gracia: et in tribus uiris uocatio gentium et in rege impio crudelitas paganoy: et in occisione infancium cunctorū martirū forma precessit: sed quia in sacratissimo die: reddendum expectacionem uestre est sacerdotalis sermōis officium: nitamur ut possim9 spiritu dei adiuuante eo p intelligencie semitas puenire: ut cognoscamus sacramentum p̄sentis festi: ad omnium fidelium tpa pertinere: nec ullo modo habeatur in solitum: quod in dispensacionum ordine adoratur antiquum. Quamuis enim omnis anima Xpiani nichil indignum debeat de filij dei maiestate sentire. et transcendens incipientis fidei rudimētis oporteat unumquēq; ad sublimiora p̄ferre necesse est tamen infirmati mentis humane dum uerū hominem accipit Xpm: de ipsa uero nature cōmuniōe trepidare et p inīria. uel incrementa corporea ad agnitiōem unius cum patre deitatis difficulter accedere. Sed ubi inter caligantes cogitacōes radius supne lucis exullerit: cunctantes fidei moras splendor ueritatis abrumpat: ut cor liberum et a uisionibus absolutum lumen intelligencie tanq; ducem stellam sequatur: quia sicut est Apostolus Domin9 Ihesus Xps in gloria est dei patris: ut quem uenerabatur in cunis humiliter iacentem: ipsum sine diffidencia adoret cum patre regnantem. Nec autem manifestatio dilectissimi: que hesitantium nebulas dissoluat animay: et ita facit innotescere filium dei. ut de hoc quod idem est: etiā fili9 hominis

48

nichil paciatur obstaculi : ad presentis festi ptinet dignitatē :
 et uera est infancia saluatoris : declaratio deitatis . quādo
 carnis sensus ab humanis ad diuina trāsfertur . ut quos de
 primunt expimentia infirmitatum : erigant signa uirtutum
 quia tali auxilio et nostra natura indigebat et causa : ut re
 pararetur genus humanum : nec sine humilitate maiestas :
 nec sine maiestate posset humilitas . Jam uero cum in sin
 gulorū fidelium p̄cedibus diuinorū elucet custodia mādatorū :
 impleturq; quod dictum est Sic luceat lux uestra coram ho
 minib; : ut uideant opa uestra bona : et glorificent patrem
 uestrum qui in celis est . Quis illic non p̄sentem intelligat
 maiestatem : ubi ueram uidet apparere uirtutem que uti
 q; sine deo nulla est . nec proprietatem obtinet deitatis ni
 si spiritu sui uegetetur auctoris : Dicente enim discipulis
 suis domino : Sine me nichil potestis facere . Dubium non
 est hominem bona agentem ex deo habere et effectum opis
 et initium bone uoluntatis . Unde et Apostol; copiosissim;
 fidelium cohortator : cum timore inquit et tremore uestrā
 salutē opamini : Deus est enim qui opatur in uobis et uel
 le et opari p̄ bona uoluntate : Et hec sanctis causa est tre
 mendi atq; metuendi : ne ipsis opib; pietatis elati deseran
 tur ope gratie et remaneant in infirmitate nature . Qui
 autem expiri cupit : an in ipso de; habitet : de quo dicitur
 Mirabilis deus in sanctis suis . Sincero ex animo cordis sui
 interiora discutiat et sagaciter querat : qua humilitate re
 sistat supbie : qua benignolencia oblutetur inuidie . q̄ non
 rapiatur adulantium liguis . q̄q; bonis delectetur alienis :
 an pro malo non cupiat malum reddere : malit; multas ob
 liuisci iniurias q̄ ymaginem sui conditoris amittere qui os
 ad cognitionem sui generalib; incitans donis pluit super
 iustos et peccatores et solem suum oriri facit sup bonos
 et malos ne in multis laboret sollicitudo discretionis inspectio
 ipsam matrem uirtutum omnium caritatem in secretis sue
 mentis inquirat et si in ea dilectionem dei et proximi to
 to corde intēto repererit ita ut etiam inimicis eadē uelit tri
 bui : que sibi optat impendi . Quisquis huiusmodi est : deum
 rectorem sui esse non dubitet : quem tanto magnificenci;

recipit . quantomagis non in se sed in domino gloriatur.
Quoniam quibus dicitur : regnum dei est intra uos : hi
nimis illius aguntur spiritu : cuius reguntur imperio . Scie
tes igitur dilectissimi quoniam caritas deus est : qui oper
atur omnia in nobis . sectamini caritatem ita ut in unum
casse dilectionis affectum uniuersorum fidelium corda concurrant
Transcendat nos et uana non occupent : constanti desiderio
ad ea que sunt semper mansura tendamus . Sacramentum
enim presentis fessi oportet in nobis esse perpetuum : quod
utique sine fine celebrabitur : si in omnibus actibus nostris domi
nus Ihesus Christus appareat Qui cum patre et spiritu sanc
to uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

Leonis pape de Quadragesima domini
nostri Ihesu Christi Sermo Primus.

Hebreorum quoddam populus et omnes Israelitice tri
bus cum propter peccatorum suorum offensiones gra
ui Philistinorum dominatione premerentur : et superare hostes
suos non possent : sicut sacra manifestat historia : uires a
nimi et corporis inclito sibi reparauere ieiunio : Intelleperant
enim duram illam et miseram subiectionem negledu se ma
datoque dei et morum corruptione meruisse frustra se armis
certare : nisi prius uicis repugnassent . Abstinentes ergo
a cibo et potu se uere sibi castigandis adhibere censuram .
et ut hostes suos uicerent : gula illecebram in seipsis ante
uicerunt . Factumque est hoc modo : ut seui aduersarii et gra
ues domini esurientibus cederent quos sibi saturos subiui
garant Et nos itaque dilectissimi inter multas aduersitates et
prelia constituti : si similibus remedijs uti cupimus simili ob
seruatione curemur Eadem enim prope modum causa nos
tra est que illorum fuit . quoniam sicut illi a carnalibus aduer
sarijs : ita et nos maxime a spiritalibus impugnatur inimi
cis . Qui si donata nobis per dei gratiam morum correctione
uincantur : et corporeorum nobis hostium fortitudo succumbet
et emendatione nostra infirmabuntur : quos graues nobis
non ipsorum merita sed nostra delicta fecerunt . Quapropter di

lectissimi ut omnes hostes nostros superare ualeamus p obser-
uanciam celestium mandatorum diuinum queramus auxilium
scientes nos non aliter preualere posse aduersariis nostris
nisi preualeremus et nobis. Sunt enim intra nosmetipsos
multa certamina Et aliud caro aduersus spiritum : aliud
aduersus carnem spiritus concupiscit. In qua dissensione se-
cupiditates corporis fuerint forciore : turpiter animus amit-
tet propriam dignitatem : et periculosum erit eum seruire : quem
decuerat impare . Si autem mens rectori suo subdita et sup-
eris muneribus delectata : terrene uoluptatis incitamenta cal-
tauerit : et in suo mortali corpore peccatum regnare non fue-
rit : ordinatissimum tenebit ratio principatum : et munitiones
eius nulla spiritualium nequitiarum labefactabit illusio : quia
tunc est uera pax hominis et uera libertas : quando et
caro animo iudice regitur : et animus deo preside guber-
natur. Hec autem preparatio dilectissimi licet omni tem-
pore salubriter assumatur . ut per uigiles hostes incessabili
supentur industria : nunc tamen sollicitius expetenda est
et studiosius instruenda . quando et ipsi subtilissimi aduersa-
ry acriori insidiantur astutia. Scientes enim agere nos
sacratissimos Quadragesime dies : in quorum obseruancia om-
nes preterite desidie castigantur : omnes negligencie di-
luuntur . ad hoc totam uim sue malignitatis intendunt
ut celebraturi sanctum Pascha domini in aliquo inueniamur
indigni : et unde nobis obtinenda erat propitiatio : contraha-
tur offensio. Accedentes ergo dilectissimi ad Quadragesime
initium id est ad diligentiores domini seruitutem : quia
quali ad quandam agone[m] sancti operis introimus ad pugnas
temptationum animos preparemus : et intelligamus quanto
studiosiores per nostra salute fuerimus . tanto nos uehemen-
tius ab aduersariis impetendos Sed forciore est qui in no-
bis est quam qui aduersum nos est et per ipsum ualidissimus in
uirtute cuius confidimus qui ob hoc se dominus temptari
a temptatore permisit ut cuius munimur auxilio eiusdem eru-
diremur exemplo Dixit enim aduersarium ut auditis tes-
timony legis non potestate uirtutis ut hoc ipso et homi-
nem plus honoraret et aduersarium plus puniret : cum hos

tis generis humani non solum quasi a deo : sed etiam ab ho-
mine uinceretur. Pugnavit ergo ille tunc ut et nos postea
pugnarem? .uicit ille ut et nos similiter uincerem?. Nulla
sunt enim sine tēptacionum experimentis opera uirtutis.
nulla sine pturbatōib? fides. et nullū sine hoste certamen
nulla sine congressione uictoria. Vita hec nostra in medio
insidiatorum in medio preliorum est. Si nolumus decipi :
uigilandum est. si uolumus superare: pugnandum est. et ideo
sapientissimus Salomon. fili inquit accedens ad se ruitū tē
dei : prepara animam tuam ad tēptacionem. Vir enim sa-
piencia dei plenus sciens studium religionis laborem habe-
re certaminis : cum preuideret pugne piculum ante admo-
uit pugnatū : ne forte si ad ignorantem tēptator accede-
ret impatum citius uulneraret. flos itaq; dilectissimi qui
diuinis institucionibus eruditi ad agonem presentis certami-
nis scienter accedim? : audiamus dicentem apostolū. Non
est nobis collutari aduers? carnem et sanguinem : sed aduer-
sus principes et potestates aduers? mundi potestates tene-
brarum harum : contra spiritalia nequicie in celestib? : et
non ignorem? qd hy hostes nostri contra se geri omnia sen-
tiunt : quecumq; nos p salute nostra agere tentam? : et
hoc ipso quod boni aliquid appetim? : aduersarios prouoca-
mus. Hec enim inter nos atq; illos p dyabolice inuidie fomi-
tē inueterata dissensio ē : ut quia illi ab hys bonis excide-
runt ad quos nos deo adiuuante puehimur nostris iustifi-
cationib? torqueantur : si ergo nos erigimur : illi corrūnt.
Si nos conualescim? illi infirmantur. Remedia nostra pla-
ge ipsorū sunt . quia curacōe nostrorū uulney uulnerantur.
State ergo dilectissimi ut Apostol? ait succindi lūbos mētis
uestre in ueritate : et calciati pedes in pēpatione euāge-
ly pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extinguere et galeā salutis su-
mite et gladiū spirit? quod est uerbū dei Videte dilectissimi
qd potētib? nos telis qd insuperabilib? munimētis dux multis in
signis triūphis et inuidus xpiane milicie magister armaue-
rit. Succinxit lumbos balteo castitatis . calceauit pedes uin-
culis pacis . quia et discendus miles cito ab impudicitie inre

50
tore vincitur: et non calciatus facile a serpente mordetur
Scutum fidei ad protectionem totius corporis dedit capiti
galeam salutis imposuit dexteram gladio uerbo ueritatis
instruxit ut spiritalis preliator: non solum sit tutus a uul
nere: sed et repugnantem ualeat uulnerare. His igitur di
lectissimi freti armis impigre atq; intepide propositum no
bis certamen ineamus: ut in ista ieiuniorum Audio non eo si
mus tamen fine contenti ut solam ciborum abstinenciam putemus
esse secundam. Hanc est sic carnis substantia tenuatur: et ani
me fortitudo non alitur. Affligo paululum exteriori homi
ni: reficiator interior. Et subtrahenda saturitate corporea
spiritalibus mens delicis roboretur. Circumspiciat se omnis
anima christiana: et se uero examine cordis sui interna discuti
at. Viderit ne quid ibi discordie inheserit: ne quid cupidi
tatis insederit. Incontinentiam castitas procul pellat: men
daci tenebras: lux ambigat ueritatis: quis os quod mentitur
animam mentientis interficit. Detumescat superbia: humili
tas assumatur: resipiscat iracundia: comminuantur iacula noxi
arum et obtrepatio lingue frenetur. Cessent uindictae: et obli
uioni mandentur iniurie. Omnis postremo plantatio quam
non plantauit pater noster radicatus auferatur. Tunc enim
in nobis bene semina uirtutum nutriuntur: quando de agro
cordis nostri omne germen externum euellitur: Si quis
ergo in quempiam ita cupiditate ulcrionis exarsit: ut eum
aut carceri traderet aut uinculis illigaret: absolutionem
non solum insontis: sed etiam eius qui pena dignus uidetur
acceleret: ut illa dominice orationis regula fidenter uta
tur dicens: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimit
timus debitoribus nostris. Quam partem petitionum ita
dominus in spiritali insinuatione commendat: ut totius ora
tionis effectus in hac conditione consistat. Si enim dimise
ritis hominibus peccata eorum: dimittet et uobis pater uest
er qui in celis est. Si autem non dimiseritis hominibus:
neque pater uester dimittet uobis peccata uestra. Proinde di
lectissimi memores infirmitatis nostre quia facile in queli
bet delicta plabimur. Hoc potentissimum remedium. et illam
efficacissimam uulnorum nostrorum curationem nullatenus negli

gam⁹ : Demus ueniam quam rogam⁹ : et non audeamus
iudicari qui nobis precamur ignosci. Paupm gemit⁹ : sur
do non transeam⁹ auditu : et misericordiam indigentibus :
prompta benignitate prestem⁹ : ut misericordiam in iudicō
possum⁹ inuenire. Ad quam pfectionem qui Audium suum
gratia dei adiut⁹ intenderit : hic sanctum Jeiunium fidei
ter peraget. Hic a fermento malicie ueteris alienus in ali
mis sinceritatis et ueritatis ad beatum. Pasca pueniet :
et p nouitatem uite digne letabitur in sacramento reforma
cionis humane. Per Xpm dominum nostr⁹. Qui cum patre
et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculor⁹ Amen.

De Eodem Sermo Secundus

Ecce nobis dilectissimi appropinquante festo pas
chali ieiunium quadragesime ipse legitimi tem
poris recurs⁹ indicat : cohortatio tamen etiam nostri ser
monis adhibenda est : que auxiliante domino nec inutilis
sit pigris : nec onerosa deuotis. Nam cum omnem obser
uanciam nostram ratio istor⁹ dier⁹ poscat augeri : nemo ē
ut confido de uobis qui se ad op⁹ bonum non gaudeat inci
tari : flatura enim nostra manente adhuc mortalitate mu
tabilis : etiam si ad summa quēcūq; uirtutum studio pro
uehatur semp tamen sicut potest habere quo recidat ita po
test habere quo crescat. Et est pfector⁹ uera iusticia ut nū
q̃ psumant se esse pfectos ne ab itineris nondum finiti in
tentione cessantes ibi incidant deficiendi piculum ubi pfi
ciendi deposuerunt appetitum. Quia ergo nemo nostrum di
lectissimi tam pfectus et sanct⁹ est ut pfectior sanctiorq; esse
non possit : omnes simul sine differentia graduum sine dis
crecione meritoy ab hys in que preuenim⁹ in ea que non
dum apprehendim⁹ pia auuiditate curram⁹. et ad mensuram
consuetudinis nostre necessary aliquid addamus augmenti.
Hay enim religiosus alio tempe demonstratur : qui in hys
dieb⁹ religiosior nō inuenitur. Unde optime aurib⁹ nostris
lectio apostolice predicationis insonuit dicens : Ecce nunc
temp⁹ acceptabile ecce nunc dies salutis. Quib⁹ enim accep

57
tius hoc tempe : quid salubrius hys diebus in quibus bellū
uiceps indicitur et omnium uirtutū pfectus augetur Semp
quidem tibi o anima xpiana tibi uigilandum contra salutis
tue aduersarium fuit ne ullus pateret loc⁹ temptatoris in
sidys. Sed modo tibi maior cautio et sollicitior est assumē
da prudentia : quando idem hostis tuus arciore leuit inui
dia . flunt autem in toto mundo potestas ei antique dam
nationis auferitur et innumerabilia illi captiuitatis uasa ra
piuntur . Renunciatur atrocissimo predom a populis omni
um nationum : omniūq; linguarū : et nullum iam gen⁹ homi
num repitur : q non tyrannicis legib⁹ reluctetur . dum p
omnes fines terre regeneranda in xpo multoz milium
milis preparantur : et appropinquante noue creature ce
tu spiritualis nequitia ab hys quos possidebat excluditur :
fremet ergo exspoliati hostis impius furor : et nouum que
rit lux⁹ : quia ius pdidit antiquum : raptat indefessus et p
uigil si quas repat oues a sacris gregib⁹ negligenti⁹ eua
gantes : quas p proclia uoluptatum : et p deuera luxu
rie in diuersoria mortis inducat . inflāmat itaq; iras : ru
trit odia : acuit cupiditates : irridet continentiam : incitat
gulam . Quem enim tentare nō audeat : quem nec ab ip
so domino nostro Ihesu xpo conatum sue fraudis abstinu
it . Nam sicut euangelica patefecit historia : cum saluator
noster qui erat uer⁹ deus : ut uer⁹ se hominem etiam de
monstraret : et impias opiniones totius erroris excluderet
Post quadraginta diez nocturniq; ieiunium infirmitatis no
stre in se recepisset esuriem gauisus dyabolus signum se in
eo passibilis atq; mortalis inuenisse nature : ut exploraret
potentia quā timebat Si fili⁹ dei inquit es : dic ut lapides
isti panes fiant . Poterat itaq; istud omnipotens et facile
erat ut ad creatoris impium in quā iuberetur speriem cui⁹
libet generis creatura transiret : sicut enim uoluit in con
uiuio nuptiali aquam mutauit in uinum . Sed hoc magis sa
lutiferis dispensacōibus congruebat : ut nequissimi hostis
astucia non potencia deitatis : sed humilitatis misterio uin
ceretur . Deniq; fugato dyabolo et omnib⁹ artibus callidi
temptatoris elisis : accesserunt ad dominum angeli et mi

uiderant ei: ut ueri hominis et ueri dei: et apud doctas
interrogationes inuiolata esset humanitas: et apud sancta
obsequia manifesta diuinitas. Confundantur igitur filij di
aboli atq; eius discipuli qui repleti inspiracōe uiperea sim
plices quosq; decipiunt: negantes in Xpo utrāq; ueram
esse naturam: dum aut deitatem homine: aut hominem
deitate dispoliāt: cū uni⁹ tps gemino documēto utrāq; fal
sitas sit pempta quia et p famem corporis perfecta humani
tas: per famulantes angelos demonstrata est manifesta
diuinitas. Quia ergo dilectissimi sicut redēptoris nostri ma
gisterio edocti sum⁹: nō in solo pāe uiuit hō: sed in omni uer
bo dei dignūq; est. ut popul⁹ xpian⁹ in quantacūq; abstīnēcia
constitutus magis desideraret se dei uerbo q̄ cibo satiare
corporeo prompta deuotione et alacri fide suscipiemus sol
leuue ieiuniū non infertili inedia quā plezq; imbecillitas cor
poris. et auaricie morb⁹ indirit. Sed in larga beniuolen
cia celebrandum: ut simus de illis de quibus ipsa ueritas
dicit. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ip
si saturabuntur. Delicie igitur nostrę sunt opera pieta
tis et illis cibis qui nos ad eternitatē nutriūt impleamur
Letemur in refectionibus pauper⁹: quos impendia nostra
satiauerint Jocundemur in uestitu eorum quorum nuditatē
indumentis necessariis teperimus Sentiant humanitatem
nostram egritudines decumbentium imbecillitates debiliū
labores exulū: destitutio pupilloꝝ et desolatay lamēta ui
duay in quib⁹ iuuandis nemo est qui non aliquam posset
exequi beniuolencie porcionem. Nulli enim paru⁹ est cen
sus: cui magn⁹ est animus. flet de rei familiaris modo
mensura pendet pietatis: Nunq̄ merito caret etiam inte
rim facultate bone uoluntatis opulencia. Maiora quidē
impendia sunt diuitum: et minora mediocꝝ: sed nō discre
pat fructus opm: ubi idem est affect⁹ operancium. In illa
autem dilectissimi exercenday optunitate uirtutum: sunt
etiam alioꝝ insignia opa coronarum que nullo horreoy dispe
dio: nulla diminutione pecunie rapiantur. Si pellatur
lasciuias: si abdicetur ebrietas: et carnalis concupiscencia
castitatis legib⁹ epometur. si odia transeant in dilectionē

52
si inimicitie conuertantur in pacem : si tranquillitas extin-
guat iram : si mansuetudo remittat iniuriam : si denique
dominorum atque seruorum tam ordinati mores sint ut et illorum po-
testas mitior et illorum sit disciplina deuotior. Hæc igitur ob
seruancia dilectissimi obtinebitur gratia dei et abolito pecca-
torum reatu religiose uenerandum Pasca celebrabitur. Quod et
romani orbis pyssimi Imperatores sancta antiquitus obseruati-
one custodiunt : qui in honorem dominice passionis altitudi-
nem sue potestatis inclinant : et constitutionum suarum seueri-
ta molita multarum culparum reos precipiunt relaxari ut
in diebus quibus mundus saluatur miseratione diuina : et
etiam ipsorum supæ bonitatis imitatrix sit emulanda clemē-
tia. Imitentur ergo populi christiani principes suos : et ad
domesticam indulgentiam regum intendant exemplis. Non
enim priuatas leges esse phas austeriores esse quam publicas.
Remittantur culpe : uincula soluantur : deleantur offēse
pereant ulciones : ut sacra festiuitas per diuinam atque hu-
manam benignitatem omnes letantes : omnes habeant in
nocentes. Per dominum nostrum Ihesum Christum qui cum deo
patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secu-
la seculorum Amen.

De Eodem Sermo Tercius

Imper quidem nos dilectissimi sapienter et sancte
uiuere dicet : et in id uoluntates nostras actionesque
dirigere quod diuine uouimus placere iusticie. Sed cum
hæc appropinquant dies quos illustriores nobis salutis no-
stræ sacramenta fererunt : diligentiori sollicitudine corda
nostra mundanda et studioliùs exercenda est disciplina uir-
tutum : ut sicut miseris quidam sui parte maiora sunt ita
et obseruancia nostra superet in aliquo consuetudinem suam
et cui festiuitas est celebranda sublimior. ipsa quoque repe-
riatur ornacior. Si enim rationabile et quammodo religio-
sum uidetur per diem festum in uestitu nitidiore prodire et
habitu corporis hilaritatem mentis ostendere. si ipsam quoque
orationis domum propensiore tunc cura et ampliore cultu

quantum possumus adornam⁹ : nōne dignum est ut anima
xpiana que uex uiuum⁹ dei templum est : speciem suam
prudenter exornet : et redēptionis celebratura sacramē
tum omni circumspectione precaueat : ne ulla tam macu
la iniquitatis obfuscet : aut duplicis cordis ruga dedero
ret. Nā quid prodest honestatis formā pferens cult⁹ exte
rior : si interiora hominis aliquoz sordent contaminatione
uicioz . Omnia igitur que cum puritatem et speculū men
tis obnubilant . abstergenda sedulo et quadam eliminacione
radenda sunt . Scrutetur quisq̃ conscienciam suam leg
ante se statuat proprię censurę iudicij : uideat se in secreto
cordis sui illam quam Xps dat inuenit pacem . si deside
rium spirit⁹ nulla cōcupiscencia carnis impugnat : si humilia nō
spreuit si alta non appetit : si iniquo non delectatur lucro
si in moderato rex suarum non gaudet augmento : si deniq̃
aliena felicitate non uritur aut inimici miseria nō letatur
Et cum harum pturbacionum nichil in se forte repererit
sincero disquirat examine qualū cogitationum specie fre
quentetur et utrum nullis uanitatū imaginibus acquie
scat uel quam cito animum abhys que noxie blandiuntur
abducat . Nam nullis illecebris cōmoueri : nullis cupitati
bus titillari non est istius uite que tota temptatio est : et
qua nimirū uincitur qui uinci ab eodem non ueretur . Sup
bum est enim de non peccandi facilitate presumere cum
hoc ipsum presumpsisse peccatum sit . sic dicente beato Johā
ne apostolo Si dixerim⁹ quia peccatum non habemus nos
iplos seducimus et ueritas in nobis non est . Nemo igitur
dilecti tui se fallat : nemo se decipiat . Nescis enim quisq̃
de cordis sui puritate confidat : ut putet se nullis tempta
cionum periculis subiacere : cum paucil ille temptator eos
acriorib⁹ pulset insidys quos maxime uiderit abstinere a pe
ccatis : Nam a quo dolos suos contineat : qui ipsū quoq̃ do
minum maiestatis ausus est caliditatis sue fraude tempta
re uiderat supbiam suam baptisati Ihesu domini humilita
te calcata : intellexerat Quadraginta diez ieiunio omnē
cupiditatem carnis exclusam : et tamen non desperauit de
artib⁹ sue malicie spiritualis improbitas tūq̃ sibi de nature

53
noſtre mutabilitate promiſit : ut quem explebatur homi-
nem : plumeret poſſe fieri peccatorem. Si ergo ab ipſo
domino et ſaluatore noſtro deceptionum ſuarum diabolus nō re-
uocauit inſidias : quantomagis fragilitatem noſtram im-
pugnare preſumit quos exinde uehementiore odio et in-
uidia leuiore perſequitur : ex quo ei in baptiſmo renunciaui-
mus et ab illa cui dominabatur origine in nouā creaturā
diuina regeneratione tranſiimus. Vnde dū quia mortali
carne circūdāmur : non deſinit nobis antiquus hoſtis laqueos
peccati ubique pretendere et tūc maxime aduerſus Chriſti mē-
bra ſeuire : quando ab eis ſunt celebranda ſacratiōis miſte-
ria. Merito doctrina ſpiritus ſancti hac eruditione imbuit
populum xpianum ut ad paſcale feſtum Quadraginta dierū
ſe continentia ppararet. Cuius purificationis ratio iam
nos ad obſeruantiam ſue ſalubritatis inuitat : et diligentia
nobis propoſite caſtigacionis inducit. Quanto enim ſancti-
us quiſque hos dies inuenietur egiſſe : tāto probabitur Paſca-
domini religioſius honorari. In diebus igitur ſanctorum
ieiuniorum pietatis opa quibus ſemp audendum habundantius
exequamur : miſericordes ſum ad omnes : maxime autē
ad domeſticos fidei : ut in ipſis quoque elemoſinarum distribu-
tionibus bonitatem patris celeſtis imitemur : qui ſolem ſu-
um oriri facit ſuper bonos et malos : et pluit ſuper iuſtos et
iniuſtos. Quamuis ergo fidelium precipue adiūda ſit pau-
pertas : etiam illi tamen qui nondum euangelium recepe-
runt in ſuo labore miſerandi ſunt : quia in omnibus homini-
bus nature eſt diligenda cōmunio : que nos etiā hys benigni-
us debet effigere : qui nobis quacumque ſint condicōe ſub-
iecti : maxime ſi eadem gratia iam renati : et eodē ſangui-
nis Chriſti precio ſunt redempti. Simul enim et cum iſtis
habemus quod ad imaginem dei conditi ſumus : nec carnali ori-
gine a nobis : nec ſpirituali natiuitate diuiſi ſunt : eodem
ſpiritu ſanctificamur : eadem fide uiuimus : ad eadem ſa-
cramenta concurrimus. Non ſpernatur hec unitas : nec ui-
lis nobis ſit tanta cōmunio : ſed hoc ipſo nos per omnia faci-
at miciores : quod eorum utimur ſubiectione : cum quibus uni
domino eadem ſubicimur ſeruitute. Si qui ergo horum graui

orih? dñs suos offendere delictis: indulgentiâ ñc in dieb?
reconciliacõis accipiat. Auferat miseratõ seueritatẽ: & uenia
deleat ulcõm. Nullũ custodia teneat: nullũ carcer includat:
qm̃ deus ñc misericordiam suam hac condicione promisit:
ut remittenda sibi is nosset propria peccata: qui remisisset
aliena. Diffensionum materie dilectissimi et inimiciciarum
aculei conterantur: cessent odia: destruantur similitates
in unitatem dilectionis omnia Xpi membra conueniant.
Beati enim pacifici: quoniam filij dei uocabuntur: nec so
lum filij: sed etiam heredes et coheredes autem Xpi Qui
uinit et regnat in secula seculorum Amen.

De Eodem Sermo Quartus

Redicaturus uobis dilectissimi sacratissimum
maximũq; ieiunium quo apcius utar exordia:
q̃ ut uerbis apostoli in quo Christus loquebatur: incipiam
Dicamq; quod lectum est Ecce nunc tempus acceptabile:
ecce nunc dies salutis: quis enim nulla sint tempora:
que diuinis non sint plena muneribus et semper nobis
ad misericordiam dei per ipsius gratiam prestetur accessus
nunc tamen omnium mentes maiori studio ad spirituales pro
fectus moueri: & ampliori fiducia oportet animari. quãdo
ad uniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redem
pti sumus. recursus inuitat ut excellens super omnia pas
sionis dominice sacramentum purificati et corporibus et
animis celebremus. Debebatur quidem tãtis mysteriis ita
incessabilis deuotio et continuata reuerencia. ut tales per
maneremus in conspectu dei. quales nos in ipsa paschali
festo dignum est inueniri. Sed quia hec fortitudo paucorũ
est. ut dum carnis fragilitate auferior obseruantia rela
atur: Dumq; per varias actionis uite huius sollicitudo distẽ
ditur. necesse est de mundano puluere etiã religiosa corda
sordescere: Magna diuine institutionis salubritate prouisũ
est. ut ad reparandam mentium puritatem: quadraginta
nobis dierum exercitatio moderetur et ieiunia casta deco
querent Ingressuri igitur dies mysticos et purificandis ani

54
mis atq; corporibus sacrarius institutos: preceptis aposto-
licis obedire curemus emundantes nos ab omni inquina-
tione carnis ac spiritus ut castigatis colluctationibus que sunt
inter utramque substantiam: animus quem sub dei gubernaculis
constitutū corporis sui decet esse rectore: dominationis
sue obtineat dignitatem: ut nemini dantes ullam offensio-
nem vituperationibus obloquencium non sumus obnoxii:
digna enim ab infidelibus reprehensione carpemur. et nostro
vicio lingue impie in iniuriam se religionis armabunt:
si ieiunantium mores a puritate perfecte continencie
discreparint: Non enim in sola abstinentia tibi stat nostra
summa ieiunii. aut fructuose corpori esca subtrahatur. nisi
mens ab iniquitate reuocetur. et ab obtrectationibus lin-
gua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi est moderanda liber-
tas. ut etiam alie cupiditates eadem lege frenentur. Mansue-
tudinis et pacis et tranquillitatis hoc tempus est
in quo exclusa omnium contaminatione uiciorum perpetu-
itas nobis est obseruanda uirtutum. Hunc piarū mentium for-
tudo. donare culpas: negligere contumelias: et obliuisci
assuescat iniurias: sunt fidelis animus per arma iusticie
a dexteris se exerceat et sinistris. ut per gloriam et ig-
nobilitatem per infamiam et bonam famam. securā conscienciā cō-
stantemq; probitatem nec laudes inflect. nec obprobria
defatigent: Religiosorum modestia non sit mesca: sed sacra
nec inueniatur in eis ullarum murmurā querelarū quibus
uix desunt sanctorum solacia gaudiorum. Nō timeatur inter
opa misericordie terrenarum diminutio facultatum: semp
diues est christiana paupertas: quia plus est quod habet: quam quod
non habet. nec pauet in isto mundo indigentia laborare:
cui donatum est in omnium dominus omnia possidere. Ope-
rantibus ergo que bona sunt non est omnino metuendum ne
eis desit facultas operandi: cum et in duobus minimis euan-
gelice uidue sit laudata deuotio: et pro calice aque frigide
premium habet gratuita largicio. Ex affectibus enim
piorum benignitatis mansura taxatur: et uix eū miserendi
efficacia deserit: in quo misericordia ipsa non deficit Ex-
perta est hec uidua illa de sacrepta que beato Helpe in te

pore famis unius diei cibum quem solum habebat apposu-
it : et prophete eluciem necessitati sue preferens exigu-
um farine ac pusillum olei inconvictanter expendit. Sed
non ei defuit quod fideliter erogavit : et in uasis pia effu-
sione euacuatis fons noue ubertatis exortus est : ut sanc-
tis ulibus non numeretur eius substantie plenitudo cuius
non fuerat formidata defectio . Hys autem studys dilec-
tissimi ad quos uos uoluntarie confidimus preparatos non am-
bigitis dyabolum qui uirtutum omnium est aduersarius in-
uidere : et ad hoc uim sue malignitatis armare : ut quos
non potuerit deicere per diffidenciam : conetur superare per glo-
riam . Viciuum est enim rectis actionibus superbie malum :
et de proximo semper uirtutibus insidiatur elatio . quis dif-
ficile est ut laudabiliter uiuentem laus non capiat . nisi ut
scriptum est Qui gloriatur in domino gloria tue . Cuius uero ille hostis
nequissimus non audeat impugnare propositum : et non appetat
molare ieiunium quoniam uelutias suas sicut euangelica lectio de
pate factum est nec ab ipso mundi saluatore continuit . Expau-
es . n . in illo Quadraginta dierum nocturnum ieiunium explora-
re callide uoluit utque hanc continenciam donatam haberet an propria
ut non metueret deceptionum suarum opera solueda si Christus eius
esset conditoris cuius est corpus . Primo itaque dolo scrutatus est
An ipse esset substantiarum creator : qui rerum corporea-
rum posset in quo uellet mutare naturas . Secundo
an sub humane carnis specie diuinitas obumbrata terge-
retur : Cui facile esset peruium sibi aera facere : Et ter-
rena per uacuum membra liberare : Sed cum illi domi-
nus iudiciam maluisset opponere ueri hominis : quod poten-
tiam manifestare deitatis ad hoc conuertit tercie fraudis
ingenium ut eum in quo diuine potestatis signa cessauerant
dominandi cupiditate temptaret : et ad uenerationem sui
regna mundi pollicendo traduceret . Sed prudentia diaboli
ultam fecit sapientia dei : ut superbus hostis hominem
uidens quem aliquando superauerat non metueret eum per
sequi quem pro omnibus oportebat occidi : Quis igitur
aduersarii dolos non solum illecebris uule sedeciam in propo-
sito abstinentie caueamus . Qui enim sciuit humano generi

55
mortem inferre per cibum inouit et per ipsum nocere ie-
iunium et ad contrarie fraudis effectum famulis utendo
manicheis sicut p serpente intulit interdicta presumi ita p
famem suadet concessa uitari. Utiles quidem est abstinentia
que parco asueta uictu deliciarum rohibet appetitum Sed
ne illorum dogmati apud quos etiam ieiunando peccatur
damnant creaturay naturam in creatoris iniuriam et
contaminari edentes asserunt hys quorum non deum sed
diabolum conditorem esse definiunt cum prorsus nulla sit
substantia mala nec ipsius mali sit ulla natura omnia enim
bona bonus autor instituit et unus e uniuersarum reru
creator. qui fecit celum et terram mare et omnia que
in eis sunt: ex quibz quicquid homini ad cibum potusq concess-
tum est sanctum et mundum est in sui generis qualitate
Quod si immoderata auiditate sumantur nimietas edaces
et bibaces dedecorat non cibi neq poculi natura contami-
nat: Omnia enim sicut apostolus ait munda sunt mundis
Coquinatis enim et infidelibus nichil est mundum: sed
coquinata sunt eoz et mens et consciencia. Vos autē
dilectissimi catholice matris sancta generacio: quos in se-
cula ueritatis spiritus sanctus erudiuit: libertatem nostrā
cōgrua ratione moderamini: scientes quoniam bonum est
et ab illicitis abstinere: et cum castigacius uiuendum est:
ita discernere cibos et usz eoz semoueat non natura dā-
netur. Nulla itaq nos contagionis huius aspergat impie-
tas: qui sua maxima obseruancia polluantur: seruien-
tes creature potius q creatori: et luminaribus celi. Quā-
tam abstinentiam deuouentes: quos nemo ambigat esse
manicheos: qui in honorem solis et lune die dominico &
secunda feria depreheni fuerūt ieiunare. Uno enim per
ueritatis sue ope: his impy: his pphani sunt qui ieiunium
suum & ad sidez cultum & ad resurrectōis Xpi instituerē con-
temptum. Abdicāt enim se sacramento salutis humane:
et Xpm dominum nostrz sicut in ueritate carnis nostre de-
negāt naturā: ita uere mortuum & resurrexisse nō credunt
& ob hoc diē leticie nostre ieiunij sui merore cōdemnant.
Cumq ad tegendum infidelitatem suam nostris audeant

interesse miserius ita in sacramentorum communione se se-
perant ut interdum tutius se lateant Ore indigno Christi
corpus accipiunt sanguinem autem redemptionis nostre hau-
rire omnino declinant. Quod ideo nostram volumus scire
sanctitatem ut nobis huiusmodi homines et hys manifeste-
tur iudiciis et quoy deprehensa fuerit sacrilega cumulatio
notati et proditi a sanctorum societate sacerdotali aucto-
ritate depellantur. De talibus enim beatus Apostolus Paulus
Ecclesiam dei provide monet dicens : Rogamus autem uos
fratres ut obseruetis eos qui dissensiones et offendicula p-
ter doctrinam quam didicistis faciunt et declinate ab hys
huiusmodi enim xpo domino non seruiunt sed uentri suo :
et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda in-
nocentium Hys ergo dilectissimi admonitionibus nostris .
quas auribus uestris contra execrabilem sectam frequen-
ter ingessimus sufficienter instructi sanctos quadregesime
dies pia deuotione suscipite et ad promerendam misericor-
diam dei per opera uos misericordie preparate iram ex-
tinguite odia deponite : unitatem diligite : et sinceris uos
humilitatis officiis inuice preuenite seruis et hys qui uobis
subiecti sunt cum equitate dominamini Nullus eoy aut claustris
aut uinculis crucietur cessent uindictae remittantur offensa
seueritas leuitate indignatio mansuetudine discordia pae-
mutetur omnes nos modestos omnes placidos omnes ex-
periantur benignos ut ieiunia nostra accepta sint deo Cui
ita demus sacrificium uere abstinentie et uere pietatis offe-
rimus si nos ab omni malicia continemus Cum inimicis
autem xpi nulla consensione iungamur ne impiorum con-
sortio sanctitas fidelium polluat lux separetur a tene-
bris et fugiant filios dyaboli filij ueritatis . In templum
enim domini quod est ecclesia Christi nil contaminatum
inferri nil prophanum oportet admitti ut omni immundicia
a penetralibus cordis exclusa sanctificetur ieiunium nostrum
et simus eternum habitaculum sancti spiritus qui nos a pec-
catorum sordibus emundatos et possidere semper dignetur
et regere Secunda igitur et quarta et sexta feria ieiunemus
sabbato apud beatum petrum Apostolum uigilias celebremus qui

56

comēdāt sibi p̄gis curā habere nō desinēs custodiam no-
bis de suis p̄cijs obtinebit : auxiliante deo nobis per ōia
cui cum filio et spiritu sancto una est deitas : una est maiest-
as in secula seculorum Amen :

De Eodem Sermo Quintus

Postolica dilectissimi doctrina nos admonet : ut de-
ponamus ueterem hominem cum actib⁹ suis de die
in diē cōuersacōe renouemur. Si enim tēplū dei sum⁹ et
nōiū n̄rā spūs s̄c⁹ habitator ē dicite ap̄lo Vos enim estis
templū dei uiui : multa nobis uigilācia laborandū est : ut
cordis nōstri receptaculū tāto hospite nō sit indignū : et si
cuti in domibus manufactis laudabili diligēcia p̄uidetur
ut si quid aut in fusione imbrium : aut turbine prellarū
uel ipsa fuerit antiquitate corruptū in integz cura resti-
tuat : ita uigi oportet sollicitudine p̄caueri : ne quid in uos-
tris animis incōpositum : ne quid inueniatur in mundum.
Quamuis enim edificium uosz sine opere sui non subsistat
artificis : nec fabrica nōstra esse possit incolumis : nisi ei
protectio p̄uerit conditoris : tamen quia rationabiles la-
pides sum⁹ & uiua materies : sic nos auctoris nōstri extru-
it manus : ut cū opificis suo etiā is qui reparatur opetur
Gracie igitur dei obediēcia se humana nō subtrahat : nec
ab illo hono sine quo non potest esse bona deficiat : at si
quid sibi impossibile aut arduum in mandatoy esse cōstib⁹ ex-
peritur non in se remaneat : sed ad iubentem recurrat
qui ideo dat p̄ceptū ut excitet desiderium & p̄stet auxiliū
dicente Propheta Facta in deum cogitatum tuū : et ipse
te erutriet. An forte insolēniter quisq; ita superbit &
ita se illesum ita immaculatum esse p̄sumit : ut nulli⁹ re-
nouacionis indigeat. Fallitur prorsus illa p̄suasio : et niri-
a uanitate ueterascit. Quicūq; inter temptationes huius
uite ab omni se uulnere credit immunem plens omnia pe-
riculis : plena sunt laqueis : incitant cupiditates : insidiantur
illecebre : blandiuntur lucra : damna deterrent. ama-
re sunt obloquēcium lingue : nec semp ueracitas sūt ora lau-

dantium. Inde leuit odium: hinc decipit mendax officiū:
ut facilius sit uitare discordem: ꝫ declinare fallacem. In
ipsis autem uirtutibus obtinendis. tam dubius modus &
tam incerta discretio est. ut si quisꝫ inter bonorum ma
lorumꝫ confinia subtilissimi discriminis potuerit seruare
mensuras. difficile sit ut bene sibi cōsciam probitatem ob
tredantium lingua non mordeat. et iniquorum euadat ob
probria: cui est amica iusticia. Jam cum ad ipsas rerum
cupiditates tpaliū cogitatio humana conuertitur quāte se
opponunt caligines: quanti se prauarum opinionum er
rores: ut de obiectu cōtrariorū sumatur materia querelaz
Nam licet omnium fidelium corda non dubitent nullis
huiusmodi partibus nullisꝫ temporibus prouidentiam ab
esse diuinam. nec de stellarum potestate que nulla est: se
cularium negotiorum pondere prouentus. Sed equissimo
et clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi sicut
scriptum est Vniuersę uie domini misericordia & ueritas
tamen cum quedam non secundum desideria nostra proce
dūt. & sub humani errore iudicii superior ē pieꝫꝫ iniqui causa
quam iusti uicinium nimis atꝫ contiguum est ut etiam mag
nanimos ista concuciat. et in aliquod illicite causacionis
murmur impellant Si quidem istis uarietatibus etiam ex
cellentissimus Propheta deo usꝫ ad periculum se turba
tum profitetur et dicit. Mei autem pene moti sunt pedes
pene effusi sunt gressus mei quia salui in peccatoribus pacē
peccatorum uidens: Unde quia paucorum est tā solida for
titudo ut nulla inequalitatum perturbacione quaciantur &
multos fidelium non aduersa tantū: sed etiam secunda cor
rumpāt. sanandis uulneribus quibus humana infirmitas
lauciat. diligens est adhibenda curatio ideo enim de pe
riculis quibus hic mūdus plenus ē quedam breuiter percu
curri: ut dicente scriptura Quis gloriabitur casum se habe
re cor: aut mundum se esse a peccato: Omnes sibi intel
ligant delictorum indulgenciam et reparacionis necessariā
esse medicinam Quando autem oportunius dilectissimi ad
remedia diuina recurrimus quā cum ipsa nobis sacramēta
redemptionis nostre temporum lege referuntur que ut

57
digni? celebremus saluberrime nos quadraginta dierum
ieiunio preparemus. Non enim hy tantum qui per mortis
xpi resurrectionisq; miserium in nouam uitam sunt baptis-
mo regenerante uenturi sed etiam omnis populi renatorum
utiliter sibi et necessarie presidium huius sanctificationis
assumunt. illi ut que nondum habent accipiant illi ut accep-
ta custodiant. Dicente namq; Apostolo Qui stat uideat ne
cadat. Nemo est tanta firmitate suffultus ut de stabilitate
sua possit esse securus? Utamur ergo dilectissimi saluberrimi
temporis uenerabilius institutis et sollicitiore cura cordis
nostri specula tergamus. quantumlibet enim rasse et sobrie
mortalis hec uita ducatur: quodam tamen puluere terre
ne conuersacionis aspergitur. et nitor mentium ad dei ima-
ginem conditax: non ita a fumo totius uanitatis est alie-
nus. ut nulla possit sorde fuscari: et non semper indigeat ex-
poliari. Quod si etiam cautissimis animis necessarium est
quanto illis amplius est expetendum: qui tota forte ani-
spacia aut securius aut negligentius transierunt. quos
caritate debita commouemus. ut non omnino sibi met blan-
diantur quia nobis conscientie singulorum patere non possunt
cum oculos dei simul uniuersa cernentes non abdita locorum
non pietum septa se eludat: nec solum ei acta et cogitata: uerum
et agenda et cogitata sunt cognita. Ita ergo scientia summi
iudicis ille est tremendus aspectus cui quicquid est omne solidum
et aptum omne secretum. cui obscura claretur muta respondet
silencium confitetur: et sine uoce mens loquitur. Nemo pa-
cientis bonitatis dei de peccatorum suorum impunitate contemnat
nec ideo illum estimet non offensum quia nec dum est exp-
t? iratum. Non sunt longe uite mortalis inducie nec diutur-
na est licentia insipientium uoluptatum in eternarum dolorem
transitura penarum: si dum iusticie sententia suspeditur: peni-
tentie medicina non queritur. Confugiamus ergo ad patrem ubique
misericordias dei et ut semper Pascha domini digna obseruancia cele-
bretur cunctorum se fidelium corda sanctificent. mitescat seruicia
mansuescat iracundia remittat tibi omnes culpas inuicem suas
nec erador sit uindicta qui petitor est uenie dicentes enim
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debito

ribus nostris. Durissimis nos uinculis illigamus: nisi quod
profitemur impleamus: Unde et si orationis huius sacra-
tissimum pactum non tota sui condicione seruatum est: nunc
saltem conscientiam suam unusquisque cognoscat: et alienis
ignoscendo delictis abolitionem suorum obtineat peccatorum: Di-
cente namque domino: Non longe est ab unoquoque quod poscit
cum de benignitate supplicis sententia pendeat iudicantis
qui humanarum precum misericors et iustus auditor equita-
ti sue de nostra leuitate prescripsit: ut non haberet in eos
ius seueritatis quos non inuenisset cupidus ultionis: Cle-
mentes autem et mites animos etiam largitas decet. Nichil
enim est dignius quam ut homo sui sit auctoris imitator. et
secundum modum propriae facultatis diuini sit operis execu-
tor. Nam cum aluntur esurientes: uediuntur nudi: fove-
tur infirmi: nonne auxilium dei manus explet ministri. et
benignitas serui munus est domini: qui cum ad effectum mi-
sericordiae suae adiutore non egeat: ita suam omnipotentiam
temperauit ut et laboribus hominum per homines subue-
niret. et merito deo gratiae referentur de pietatis officiis
cuius opera uiderentur in famulis: propter quod ipse domi-
nus discipulis ait Sic luceat lux uestra coram hominibus ut
uideant opera uestra bona et magnificent patrem uestrum
deitatis ineffabilem et inaccessibilem uisionem: que in eter
nam uitam mndis corde seruatur: nullo modo mortali ad
huc carne circumdati intueri poterant et uidere. Apperuit
ergo dominus coram electis testibus gloriam suam. et comu
ne illam cu ceteris corporis formam tanto splendore clari
ficat: ut et facies eius solis fulgore similis et uestitus
candori nimium esset equalis. In qua transfiguratione
illud quidem principaliter agebatur: ut de cordibus disci
puloꝝ crucis scandalum tolleretur. nec conturbaret eoru
fide uoluntarie humilitas passionis: quibus reuelata esset abscon
de excellens dignitatis. Sed no minore providencia spes
ecclesie sancte fundebatur ut totum Xpi corpus agnosceret
quali esset comutatione donandum: ut eius sibi honoris co
sorcium membra pmitterent que in rapite reluxissent.
De quo idem dominus dixerat: cum de aduentu sui maiesta
te loqueretur. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris sui ptestante hocipm beato Paulo apostolo dicente
Existimo enim q non sunt condigne passionis huius tpris
ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Et iteru
Mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Xpo
in deo Cu enim Xps appuerit in uita uestra: tunc et nos ap
parebitis cum illo in gloria Confirmandis uero apostolis
et ad omne scientia puehendis. Alia quoq; in illo miraculo

70
accessit instructio Moyses enim et Helias lex scilicet et
prophete apparuerunt cum domino loquentes: ut uerissi-
me in illa quinq; uiroz sententia: presentia cōpleretur
quod dictum est. In duob; uel trib; testib; stat omne uer-
bum: quid hoc ualidius: quid firmitus uerbo. in cui; predica-
tione ueteris et noui testamenti concinit tuba. et cū euan-
gelica doctrina antiquaz protestationum instrumenta cō-
currunt. Adipulantur enim sibi inuicem utriusq; tederis
pagine et quem sub uelamine misterioz promiserant sig-
na: manifestum atq; conspicuū presentis glorie splendor
ostendit quia sicut ait beatus Johannes Lex p Moysen
data est: gracia et ueritas p Ihesum Xpm facta est in
quo prophetiaz impleta est promissio. dum et uestram do-
cet prophetiam p sui presentiam. et possibilia facit mōda-
ta p gratiam. Hys ergo sacramentoz reuelatio nib; Pe-
trus apostolus incitatur mundana spernens et fastidiens
terrena. in eternoz desiderium quodam mentis capiebatur
excessu et gaudio totius uisionis impletus: et ibi cū Ihesu
optabat habitare. nisi manifesta eius gloria letabatur. Du-
de et ait. Domine bonum est nos hic esse si uis faciam; hic
tria tabernacula: tibi unum. Moysi unum et Helie unum
Sed huic suggestioni domin; non respondit Significans nō
quidem improbum sed inordinatum esse quod cuperet: cū
saluari mund; non nisi Xpi morte posset. et exemplo do-
mini in hoc laudaretur credendum fides: ut licet nō opor-
teret de beatitudinis promissionibus dubitari. intelligere
mus tamen inter temptationes huius uite prius nobis tol-
leranciam postulandam esse q̄ gloriam: quia tempora pati-
endi. non potest felicitas puenire regnandi: Adhuc itaq;
loq̄nte eo: ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce uox
de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi
bene complacui ipm audite: p̄s quidem erat in filio pater
et in illa donū claritate quā ad discipuloz tempus aspectū
non sepabitur ab unigenito genitoris essentia. sed ad cōmū
adāam pprietatem utriusq; plone: sicut uisui significauit
filium splendor ex corpe: sic auditui patrē uox nūciauit
ex nube: qua uoce accepta discipuli: q̄ in facie ceciderūt

et timuerunt ualde: non de patris tñ sed de filij mayes-
tate tremuerunt. Alcōre enim sensu unam utriusq; intel-
lexerunt deitatem. Et quia in fide non erat hesitacio
non fuit in timore discretio. Latum ergo illud et multi-
plex testimonium fuit: et plus in uerboꝝ uirtute q̃ in sono
uocis auditum est: Dicente enim patre. Hic est fili⁹ me⁹
dilectus in quo michi bene cōplacui ipsum audite: Ip̃m
audite: nonne euidenter auditū est. Hic est filius meus di-
lect⁹: quem a me non sepat deitas: non diuidit potestas:
non discernit eternitas. Hic est filius meus non adopti-
u⁹: sed propri⁹. nō aliunde creatus: sed ex me genitus. nec
de alia natura michi factus cōpabilis: sed de mea essentia
michi factus equalis. Hic est filius me⁹ p̃ quem facta sūt
omnia: et sine quo factū est nichil. qui omnia que facio: si-
militer facit. et quicquid opor inseparabiliter meū atq; in-
differenter opatur. In patre enim est fili⁹: et in filio pa-
ter: nec unq̃ unitas nostra diuiditur: et cū ali⁹ ego sim qui
genui. alius ille quem genui: nec tamen aliud de illo uobis
phas cogitare est q̃ de me sentire possibile est. Hic est fi-
lius meus qui tñq̃ meū habet equalitatem non rapina ap-
petit: nec usurpatione p̃sumpsit. sed manens in forma glo-
rie mee: ut irrepandum gen⁹ humanū exequeretur. com-
mune consilium usq; ad formā seruilem inclinauit incom-
mutabilem deitatem. Hunc ergo in quo michi p̃ omnia be-
ne cōplaceo: et c⁹ p̃dicatione manifestor. c⁹ humilitate cla-
rificor incūctanter audite quia ip̃e est ueritas et uita. ip̃e
uirt⁹ mea atq; sapientia: Ip̃m audite quem legis mysteria
p̃nunciauerunt: quē prophetarū ora recinerūt. Ip̃m audi-
te qui mūdum sanguine suo redemit: qui dyabolū ligat et
uasa eius rapit: qui peccati cyrographū et p̃uaricationis
pacta dirrupit. Ip̃m audite qui uite uis ad celū appit. et
p̃ crucis supplicii gradus uobis ascensionis porat ad regnum
Quid trepidatis redemi quid pauetis sancti liberari. fiat
quod me uolēte X̃ps uult. abicite carnalem formidinem
et fideli uos armate constantia. Indignum est ut in salua-
toris passione timeatis quod ip̃ius munere nec uestro fine
metuetis. Hec dilectissimi non ad illoꝝ tñ utilitatem dicta

31
sunt: qui ea p[ro]p[ri]is aurib[us] audierunt: sed in illis trib[us] ap[osto]lis
v[er]bis uniuersa didicit ecclesia: quiq[ue] eos et aspect[us] ui
dit: et auditus accepit: Confirmetur enim sc[on]d[u]m p[re]dicatio
nem sacratissimi Euangely omniu[m] fides: et nemo de Xpi
cruce p[er] quam mund[us] redempt[us] est erubescat. nec ideo quis
q[ui] aut de p[ro]missio[n]u[m] retribucio[n]e dissidat. quia p[er] laborem ad re
quiem et p[er] mortem transitur ad uit[am]: cu[m] omnem humili
tatis uestre infirmitate[m] ille suscepit in quo si in co[n]fessione
et in dilectione ip[s]i[us] p[er]maneam[us]: et quod uiuit uiuam[us]: et
quod p[ro]misit accipimus. quia siue ad facienda mandata: siue
ad tolleranda aduersa p[re]missa patris uox semp[er] debet no
stris auribus insonare dicentis: Hic est filius meus dilec
tus in quo michi bene co[n]placui ip[s]um audit e[um] Qui uiuit et re
gnat cu[m] patre et spiritu sancto in secula seculor[um] Amen.

In Parascenen domini Eiusdem De
Passione Sermo Primus

Aceratissimum dilectissimi dominice passionis diem
qua[m] domin[us] Ihs dei fili[us] p[ro] h[um]ani generis salute
suscepit et sicut p[ro]misit omnia ad se exaltat[us] attraxit:
tam plane et lucide euangelic[us] sermo referauit: ut reli
giosis et p[ro]p[ri]is cordib[us] non aliud sit audisse que lecta sunt:
quoniam uidisse que gesta sunt. Unde cu[m] indubitabile ob
tineat auctoritatem sacra narratio: admittenda est nobis
auxiliante domino: ut p[er]spicu[m] habeat intelligentia: quod
notum fecit historia. Post illam na[m]q[ue] humane p[ro]uincie
primam et uniuersalem ruinam: ex qua p[er] unu[m] hominem
peccatum introiuit in hunc mundu[m]. et p[er] peccatu[m] mors: et
ita in omnes homines p[er]tra[n]sit in quo omnes peccauerunt
nemo dominationi dyaboli: nemo uincula dire captiuitatis
euaderet. nec cuiq[ue] aut reco[n]ciliatio ad ueniam: aut redit[us]
pateret ad uitam: nisi coetern[us] et coequalis patri deo fi
lius dei et hominis fili[us] esse dignaretur. ueniens quere
re et saluare quod p[er]ierat. ut sicut p[er] Adam mors: ita p[er]
Ihesum Xp[istu]m esset resurrectio mortuor[um]. Non enim quia
sc[on]d[u]m inscrutabile p[ro]positu[m] sapientia dei nouissimis diebus

uerbum caro factum est. Ideo salutare uirginis partus
extremi tū tps generacōib⁹ p̄fuit. et non se in preteritas
eciam p̄fuit etates. Omnis p̄fuit antiquitas colenciū de
um uex omnis numer⁹ apud secula priora sanctoy sacra fi
de uixit et placuit: et neg patriarchis neg prophetis ne
q̄ cui⁹ omnino sanctoy nisi in redemptione domini Jhe
su Xpi sal⁹ et iustificatio fuit. que sicut expectabatur mul
tis p̄phetay oraculis signisq̄ p̄missa. Ita est etiam ip̄o mu
dere atq̄ ope p̄tata. Unde nunc dilectissimi in toto or
dine passionis: non ita infirmitatē considerem⁹ humanam
ut arbitremur illic potenciam defuisse diuinam. neg illā
ita coeternam et equalem patri formam unigeniti cogite
mus: ut putem⁹ non fuisse uera que deo uidentur indigna
propt⁹ utraq̄ natura unus Xps nec uerbum ibi ab homi
ne disiunctum. nec homo est dissociatus a uerbo. Non est fa
cidita humilitas: quia nec imminuta maiestas: nichil uocu
it nature inuiolabili quod passibili oportebat inferri. Totū
q̄ et illud sacramentum quod simul et humanitas consumma
uit et deitas. dispensatio fuit misericordie et actio pieta
tis. Talib⁹ enim uinculis tenebamur astridi: ut nisi p̄ hanc
opem non possem⁹ absolui. Humilitas igitur diuinitatis no
stra prouectio est. Nos tanto redimur precio: nos tanto
curamur impendio. Quis enim ab impietate ad iudiciū
a miseria ad beatitudinem esset recursus. nisi iudus ad im
pios: et beatus inclinaretur ad miseros: Non est dilec
tissimi erubescenda crux Christi: que de uirtute est diui
ni consilij: non de condicione peccati. Quamuis enim ex in
firmitate nostra uere passus dominus Jhesus: uereq̄ sit
mortu⁹ non tamen ita se abstinuit a gloria sua: ut inter cō
tumelias passionis nichil diuine operationis exerceret. Nā
cum impi⁹ Judas: non iam ouinis pelle uelatus: sed lupino
furore manifest⁹. uim sceleris p̄ speciem paris incipiēs sig
num traditionis. leuiore omib⁹ telis osculo prebisset:
et multitudo furibunda que ad comprehendendum dominum
eum armata militum cohorte confluxerat: inter facies atq̄
lateras lūen uex tenebris suis obsecrata non domin⁹ qui
expectare poti⁹ turbas q̄ declinare delegerat. Sicuti Jo

72
hannes euangelista testatur quem querant nondum inuentum
interrogat. Illi quoque dicentibus quod Iesum quererent Ego sum
inquit: quod uerbum illam manum ita ex ferocissimis con-
gregatam: quasi quodam fulmineo ictu strauit atque protulit
ut omnes illi atroces: minaces atque terribiles retroacti
corruerent. Ubi fuit leuicie conspiratio: ubi ardor irarum
ubi stridus armorum Dominus dicit Ego sum et ad uocem
eius turba perstruitur impiorum: quid iam poterat maiestas
eius iudicatura: cuius hoc potuit humilitas iudicanda. Vex-
tamen dominus sciens quid magis suscepto mysterio conue-
niret in hac potestate non prestitit: sed suos persecutores in
facultatem dispositi sceleris redire permisit. Nam si tene-
ri nollet: non utique teneretur. Sed quis hominum posset
saluari si ille non se laxaret comprehendere. Nam et beatus
Petrus qui animosiore constantia domino coherebat: et
contra uiolentorum impetus feruore sancte caritatis exarsce-
rat in seruum principis sacerdotum usus est gladio. et
aurem uiri ferocius instantis abscidit. Sed selantis Apo-
stoli primum motum perire dominus ultra non patitur: Recon-
di gladium iubet: nec sinit se aduersus impios manu fer-
rog defendi. Contra sacramentum enim erat redemp-
tionis nostre ut qui mori pro nobis omnibus uenerat capi nollet
Nam dilato gloriose crucis triumpho: et dominatio dya-
bolica fieret longior et captiuitas humana diuturnior. Dat
ergo in se furientibus licentiam leuendi nec tamen etiam
se talibus dedignatur iudicare diuinitas. Aurem serui iam
ipsa sectione demortuam: et a compage uiuentis corporis
alienam in sedem dehonestati capitis maximus reuocat
Propter reformatur quod ipse formauerat: nec tarde caro se-
quitur eius imperium cuius ipsa erat figmentum. Habent
enim diuinam hec opera uirtutem. sed quod dominus maiesta-
tis sue potentiam comprimit: et uim in se persecutoris ad-
mittit: ex illa est uoluntate qua dilexit nos et tradidit se
met ipsum pro nobis. compante in hoc ipsum patre: qui Fi-
lio proprio non peperit: sed pro nobis omnibus tradidit illum
Una est enim patris et filii uoluntas: ut est una diuinitas
de eius dispositionis effectu: nihil uobis Iudei gratie: nihil

tibi Iuda debemus: Saluacioni quidē nostre: nō hoc nobis
 uolētib⁹ impietas ura seruauit: et p̄ uos factū est: quicquid
 man⁹ dei. et conciliū decreuerunt fieri. Mors igitur Xpi
 nos liberat: uos accusat. merito soli nō habetis quod om
 nib⁹ p̄ire uoluistis. Et tamen tanta est nostri bonitas re
 demptoris: ut etiam uos possitis sequi ueniam: si Xpm dei
 filium confitendo illam patricidalem maliciam relinquatis
 Nō enim frustra dñs in cruce orauit. Pater dimitte illis
 quia nesciunt quid faciunt: quod remediū nec te Iuda trā
 saret: si ad eam penitentiam confugisses que te renocaret
 ad Xpm: non que instigare ad laqueum. Dicendo autem
 peccauit tradens sanguinē iustum: in impietatis tue p̄fidia
 p̄stitisti: qui Jhm non dei filium sed nostre tū ad condici
 onis hominem: etiam inter extremum tue mortis periculum
 credidisti. Cui⁹ flexisses misericordiam: eius si omnipotē
 tiam non negasses. Hec ideo hodie dilectissimi p̄s aurib⁹
 insinuata sufficiant. ne fastidium de prolixitate subrepat:
 Que autem desunt plenitudini quarta feria auxiliante do
 mino reddenda promittimus. quoniam qui dedit quod lo
 cuti sū⁹: dabit sicut quod loquamur. Per dominiū nostrū
 Jhesum Xpm Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et re
 gnat in secula seculorū Amen.

De Passione Dñi eiusdem Sermo Secund⁹

Exigit fides dilectissimi ut partem sermonis quam
 de domini passione pmisimus: eodem auxiliante
 reddamus. In quo uos oracionib⁹ uestris non ambigimus
 adiuuari. Ad cōmune enim ptinet lucy: si potueritis me
 habere deuotum: quia uestrē impenditur edificacioni: quic
 quid nostre tribuitur facultati. Post illud ergo impiū
 Jude detestandumq; cōmercium: quo ab eis iudeis perse
 quentib⁹ mundi redemptor est traditus: Post illas sacri
 legas illusiones inter quas usq; ad locū pene eius manus
 tudo p̄ducta est: crucifixi sunt cum eo statutis utq; pasi
 bulis latrones duo. quorū unus usq; ad id tempus par simi
 lissq; consorti insidiator uiay et saluti hominū semp infest⁹

23

usq; ad crucem reus sit Xpi repente confessor. et inter il-
 los acerrimos corporis animiq; cruciatus quos simul et in-
 ſacia et difficultas mortis augebat mira conuerſione imi-
 tatus. Memento inquit mei domine dum ueneris in re-
 gnum tuum. que illam fidem exhortatio perſuaſit. que
 doctrina: ibuit: quis p̄dicator attēdit ſiō uiderat pri⁹ ac-
 ta miracula: ceſſauerat tūc laqueum curatio: cerorū illūa-
 cō uiuificatio mortuorū: ea ipſa que mox erāt gerēda nō
 aduerant; et tamen dominum conſitetur et regem: quem
 ſupplicy ſui uidit eſſe conſortem. Vnde ergo oriebatur
 hoc donum: unde accepit fides ipſa reſponſum. Ayt
 enim ei Jhs: Amen dico tibi. hodie mecum eris in paradiso
 Excedit humanam illa p̄miſſio condicōem nec tam de lig-
 no crucis q̄ de throno editur poteſtatis. Ab illa altitudi-
 ne premiū datur fides: in quo cyrographū humane trāſgreſ-
 ſionis aboletur: quia ſe a forma ſerm̄ dei forma non diri-
 mit dum etiam inter ipſa ſupplicia p̄prietatem unitatēq;
 ſeruauit: et deitas inuolabilis et natura paſſibilis addici-
 tur ad confirmacionem ſpei noſtre tori⁹ atteſtacio nature.
 Emittente ſpiritum Xpo omnia elementa tremuerunt
 denſis tenebris ſplēdor ſolis obduct⁹ extraord inarie nodi
 ſubdit diem. ſtabilitatem ſuam terra p̄fundis cōcuſſionib⁹
 labefacta non tenuit: et petrarū firmitas contracta ſolidita-
 te diſſiluit: uelum templi quo pri⁹ myſteria ulterius non
 erant obumbranda diſcuſſum eſt et multorū ſandorū corpo-
 rib⁹ excitatis ad p̄muniendum reſurreccionis fidem mo-
 numenta patuerunt. In uos ergo Iudei celum et terra
 ſententiam tulit. Vobis ſol uirtutē ſuam dieſq; ſubtraxit.
 uobis ſamulatum ſuum elementorum ordines denegarunt
 et recedente a legib⁹ ſuis miniſterio creature ueſtra ob-
 recacio: ueſtra eſt ſignificata confuſio. Vobis enim dicē
 tib⁹ Sanguis ſup nos et ſup filios noſtros: merito hoc re-
 tributū eſt: ut quod ueſtri generis impia perdidit porcio:
 aſſequatur hoc fidelium gentiū plenitudo. Nos ergo dilec-
 tiſſimi quibus dñs noſter Jhs xp̄us crucifixus: non ſcan-
 dalum neq; ſulticia: ſed dei uirt⁹ deiq; ſapiencia. nos inq;
 ſpiritale ſemen Abrahe non improbe ſeruitutis geniti ſed

familia libertatis renati. Pro quibus in manu forti et bra-
chio excelso de opprobrio egyptie diuacōis educat? uer? & ima-
culat? agn? immolat? ē Xpus. Amplectamur salutaris pas-
ce mirabile sacramentū: et ad eius ymaginem qui deformi-
tati nostre conformis factus est reformemur. Erigamur
ad eum qui puluerē abiectiois nostre corpus fecit glorie
sue: ut et resurrectionis eius mereamur esse consortes: hu-
militati et paciencie eius per omnia congruamus: Magni
nominis maliciam. Magne professionis suscepim? discipli-
nam. Sectatores Xpi discedere a regia non licet uia: sed
dignum est tēporalibus non occupari ad eterna tendentes
Et quia p̄ioso Xpi sanguine redēpti sumus. glorificemus
et portemus deum in corpore nostro: ut ad ea que fidelibus
preparata sunt peruenire ualeamus. Per Crisum dominū
nostrū qui cum patre una cum sancto spiritu uiuit et reg-
nat in secula seculorum A M E N : . .

De Passione Domini Eiusdem Sermo Tercius

Inter omnia dilectissimi opera misericordie dei que ab
inicio salutis sunt impensa mortalū nichil est mirabilius
nichilq; sublimius: q̄ pro mundo crucifixus est Xpus:
Huc ergo sacramento uniuersa p̄cedentium seculorū misse-
ria seruierunt: et quicquit hostiarum differentys in p̄pheti-
cis signis et legalibus institutis. sacra dispensatione varia-
tum est: hoc p̄nunciavit dispositum. Hoc promisit implē-
dum: ut nunc ymaginibus figurisq; cessantibus. Hoc profit
credere iam effectum: quod antea p̄fuit credidisse faciendū
In omnibus igitur dilectissimi que ad domū nostri Ihesu
Xpi pertinent passionem. Hoc catholica fides tradit. hoc
exigit: ut in redemptorem nostrum duas nouerimus con-
uenisse naturas. et manentibus p̄prietatib? suis tantā sacrā
unitatem utriusq; substantie ut ab illo tempore quo sicut
humani generis causa poscebat: in beate uirginis utero uer-
bum caro factum est. nec deum illum sine hoc quod homo
est. nec hominem sine hoc liceat cogitare quod deus est:
Exprimit quidem sub distinctis actionibus ueritatem suā

24

utrag natura: sed neutra se ab alteri⁹ cōnexionē disjun-
git. Nichil ibi ab inuicem uacat: tota est in mayestate hu-
militas: tota in humilitate mayestas: nec infert unitas cō-
fusione. nec dirimit pprietas unitatem. Aliud est passi-
bile. aliud inuolabile. Et tamen ei⁹ est contumelia. cui⁹
et gloria. Ipse est in infirmitate: qui et in uirtute. idē mor-
tis capax et idem uictor est mortis. Suscepit ergo totū
hominem de⁹ et ita se illi atq; illum sibi misericordie et
potestatis ratione consulit: ut utrag alteri natura inuideret.
et neutra in alteram a sua pprietate transiret. Sed quia
dispensatio sacramenti ad repacionem nostram ante secu-
la eterna dispositi: nec sine humana infirmitate: nec sine
diuina erit cōsumanda uirtute. Agit utrag forma cū alte-
ri⁹ communione quod pprium est uerbo scilicet operante
quod uerbi est. et carue exequente quod carnis est. Vnū
horū choruscet miraculis: aliud succūbit iniurijs. aliud ab e-
qualitate paterne glorie nō recedit. Hoc naturam nostri
generis non relinquit: Vexamen etiam ipa receptio pas-
cium: non ita est affectioni nostre humilitatis exposi-
ta: ut a potēcia sit diuinitatis abiuncta: quitquid domi-
no illusionis et contumelie. quitquid uexationis et pene
iatulit furor impiorū: non de necessitate tollerandum est.
sed de uoluntate susceptum est. Venit enim filius hominis
querere et saluare quod perierat. Et sic ad omnium re-
demptionem utebatur malicia psequentiū ut in mortis ei⁹
resurrectionisq; sacramento: et interfectores sui possent
salui esse si crederent. Vnde scelestior omnib⁹ Iuda et
infeliciox pettissi quem non penitencia reuocauit ad do-
minum: sed despacio traxit ad laqueum. Expe stilles cō-
sumationem criminis tui: et donec sanguis Xpi p omnib⁹
peccatorib⁹ funderetur informis leti. suspendium distulisses
Cumq; conscientiam tuam tot domini miracula: tot dona
torquerent: illa saltem te a picipio tuo sacramenta reuo-
cassent: que pascale cena iam de pfidia tua signo diuine sci-
entie dete⁹ accipias. Cur de eius bonitate diffidis: qui
te a corpis et sanguinis sui communione non repulit. qui
tibi ad cōprehendendum se cum turbis et armorū cohorte

uenienti: pacis osculum non negauit. Sed homo inconuer-
tibilis spiritus uadens et non reuertens cordis tui secut⁹
es rabiem: et stante dyabolo a dextris tuis iniquitatem
quam in sanctorū omnium armaueras caput: in tuum ver-
ticem retorſisti: ut quia facin⁹ tuum omnem mensurā ul-
tionis exceſſerat. te haberet impietas tua iudicem: te pa-
teretur pena tua carnificem. Cū igitur eſſet de⁹ in Xpo
mundum reconcilians ſibi: et creaturam ad creatoris ſui
ymaginem reformandā: creator ipſe geſtaret. pactis mi-
raculis opm diuorū: que ppheti⁹ olim ſpirit⁹ gerenda p̄
dixerat. tunc apperirentur oculi cecorū: et aures ſurdorum
audirent: tunc ſalut claudus ut ceru⁹: et plana erit lingua
mutorū. Sciens Jhs addeſſe iam tpus glorioſe paſſionis im-
plende. Tristiſ enim inquit eſt anima mea uſq; ad mortē
Et itey: Pater ſi fieri poteſt: tranſeat a me calix iſte.
Quib⁹ uerbis quandam formidinem pſitētib⁹ noſtre infir-
mitatiſ affectuſ participando curabat. et penaliſ exyge-
cie metum ſubeundo pellebat. In nobis igitur domin⁹ no-
ſtro pauore trepidabat: ut ſuſceptionem noſtre infirmita-
tiſ indueret. et noſtram inconſtanciam ſuē uirtutiſ ſolidi-
tate ueſtiret: uenerat enim in hunc mundum diues negori-
ator atq; miſericors et celi et cōmutacione mirabili inie-
rat ſalutare cōmercium noſtra accipiens et ſua tribuens:
Pro cōtumelys honores pro dolorib⁹ ſalutem: pro morte
dans uitam: et cui ad exterminaciōem pſequentium pote-
rant pluſq; duodecim milia angelicarū ſeruire legionum. ma-
lebat noſtram recipe formidinem q̄ exercere poteſtatem.
Quantum autem uniuerſis fidelib⁹ hac humilitate colla-
tum ſit: Primus beat⁹ apoſtol⁹ Petrus exptus eſt: qui
cum illum inſtantis ſeuiſie uehementior procella turba-
ret: ad repacionem uigoris celeri mutacione conuerſus
eſt: ſumens de exemplo remedium ut tremefactum repen-
te memb⁹ rediret ad ſui capitiſ firmitatem. Non enim po-
teſt domino ſeru⁹ et magiſtro maior eſſe diſcipul⁹: qui hūa-
ne fragilitatiſ trepidacionem non uinceret: niſi uictor
mortiſ ante timuiſſet. Reſpexit igitur dominuſ Pet⁹ et
inter calumnias ſacerdotum. inter falſitates teſtium. inter

cedentium et conspuentium iniurias constitutus illis turbatum
discipulum conuenit oculis. quibus eum prouiderat esse turbandum
et in illum egressa est ueritatis inspectio: ubi erat cor
dis facienda correptio. quasi quedam uox illi domini in
sonaret ac diceret: quid habes Petre. quid in tuam consci-
entiam recedis a me conuertere: mee passionis hoc est tempus.
nondum uenit hora tui supplicij quid metuis. quod etiam
ipse superabis. non te confundat impietas quam recepi. Ego
de tuo fui trepidus. tu de meo esto securus. Mane autem fac-
to concilium inierunt omnes principes sacerdotum et seni-
ores populi aduersus Iesum ut eum morti traderent. Hoc
mane Iudei non ortus uobis lucis contigit sed occasus. nec
uestri oculis solitus dies prodijt. sed impijs mentibus uox
tetre recitatis incubuit. Hoc mane uobis templum et alta-
ria dirruit legem et prophetas ademit regnum et sacerdo-
cium sustulit in luctum eternum omnia testa conuersit:
In istis enim insanum eruentumque concilium: thauri pig-
res: uituli multi: feruentes bestie: canes rabidi. ut mor-
ti auctorem uite et dominum glorie traderetis et tamquam
extenuanda esset furoris uestri immanitas. si eius senten-
cia qui prouincie uestre prelidebat uteremini. Vincitum
Iesum ad Pilatum iudicem deduxistis: ut clamoribus im-
bis trepido cognitore superato: interfectorem hominum eli-
geretis ad ueniam: et saluatorem mundi peteretis ad pe-
nam. Post hanc damnationem Christi qua excusata est Pila-
ti presidia ignauia magisque potestas: qui lotis manibus
et ore polluto hysdem labijs Iesum misit ad crucem: quibus
cum pronunciauerat innocentem. multas illusiones domino
sacerdotalibus seruiens oculis. licentia popularis ingessit:
et in mansuetudinem eius qui hoc sponte tollerabat: fures
turba seuiuit. Sed quia multum est dilectissimi ut hodie-
nus sermo omnia praecurrat. in quartam feriam qua lectio
dominice passionis iterabitur: residua differantur. Presta-
bit enim orantibus uobis ut ipsius dono quod promissum im-
pleamur Per Christum dominum nostrum Amen;

De Passione Domini Cuiusdem Sermo Quartus

expectacōi uestre dilectissimi quod debetur domi-
no largiente reddendum est pmerentibus oracioni-
bus uestris ut nos ad soluendum ydoneos qui uos ad exi-
gendum fecit intentos. Loquentes enim pxime de passione
domini usq ad euangelice hystorie uenim⁹ locum: in quo
Pylat⁹ impys iudeorū clamorib⁹ ut Jhs crucifigeretur cel-
tiste narratur. Peractis itaq omibus que diuinitas fieri
carnis uelamine tempata permisit: Jhesus filius dei cru-
ci quā etiam ipse gesserat affixus. cum duobus latronibus
uno ad dextram eius: alio ad sinistrā similiter crucifix⁹
esset. ut etiam in ipsa patibuli specie monstraretur illa que
in iudicō ipsius omniū hominū est faciēda discrecio. cum et
saluādorū figuram fides credentis latronis exprimeret
et dampnādorū formā blasphemātis impietas pueraret
Passio igitur Xpi salutis nostre continet sacramētum: et
de instrumento quod iniquitas iudeorum parauit ad penam
potencia redēptoris gradum nobis fecit ad gloriam: quam
dominus Jhesus ita ad omniū hominū suscepit salutem
ut inter clauos quibus ligno tenebatur affix⁹: p interfec-
torib⁹ suis paterne clemētie supplicaret et diceret. Pater
ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Principes autem
sacerdotum quib⁹ indulgentiā pater petebat: supplicium cru-
cis irrisionum aculeis asperabant: et in quem manib⁹ am-
pli⁹ tenere non poterant. linguaq tela iacentes dicebant. Ali-
os saluos fecit. seipm autē non pōt saluū facere: si rex Isra-
hel est descendat de cruce: et credim⁹ ei. De quo erroris
Fonte Iudei: de quo inuidie lacu talium blasphemiarū uene-
na potatis: quis uobis magister tradidit. que doctrina per-
suasit. q illum regem Israel: illum dei filium credere
deberetis: qui se crucifigi non sineret: aut a confixione cla-
uorū libeꝝ excuteret. Non hoc uobis legis mysteria: non
pascalis obseruancie sacramenta: nec unq ulla prophetarū
ora cecinerunt. Sed illud uere habundēq legistis: quod
ad detestabilem uestri sceleris impietatem: et ad uolunta-
riam domini p̄tinet passionem. Ipse enim p Vspam loqui-
tur: Dorsum meū ad flagella dedi: maxillas meas ad pal-
mas: faciem autem meam non auerti a confusione sputorū

76

Ipse p David Dederunt inquit in escam meam fel: et in
 siti mea potauerunt me aceto: circumdederunt me canes
 multi: consilium malignancium obledit me: foderunt man⁹
 meas: et pedes meos. dinumerauerunt ossa mea: ipsi uero
 considerauerunt et inspexerunt in me: diuiserunt sibi uesti
 menta mea. et sup uestem meam miserunt sortem. Et ue
 sceleris tm uestri uideatur ordo predict⁹. Nulla autem
 potencia pñunciata crucifixi non quidem legistis. Domin⁹
 descendet de cruce. Sed legistis Domin⁹ regnauit a lig
 no. Crux ergo Ppi sacramentum ueri et pñunciati habet
 altaris ut p hostiam salutarem nature humane celebrare
 tur oblatio ibi sanguis immaculati agni antike preuaricaci
 onis pñda debebat: ibi tota dyabolice dominacionis cōtere
 batur aduersitas. et de elacione supbie uictrie humilitas
 triumphabat: cum tam uelox fidei esset affectus: ut de
 crucifixis cum Ppo latronibus qui in Ppm filium dei cre
 dit paradysum iustificat⁹ intrauit. quis tanti muneris ex
 plicet sacramentum. quis potentiam tam mire commutacio
 nis enarrat exiguu tps puncto longor reatus aboletur.
 inter luctantis anime dura tormenta herens patibulo trā
 sit ad Ppm: et cui ppria impietas intulit penam. Ppi gra
 cia dat coronam. Huic iam degustato aceto domin⁹: quod
 illa dabat uinea que ab auctoris sui plantatione degene
 rans conuersa fuerit in amaritudinem uitis aliene. Con
 sumatum est ayt. hoc est complete sunt scripture: non est
 ampli⁹ qd insaniam populi furentis expectem: nichil min⁹
 ptuli qd me esse predixi. Peracta sunt mysteria infirmita
 tis promantur documenta uirtutis. Inclinato itaq capite
 emisit spiritum et in corp⁹ die tertia suscitandum quietē
 placidi soporis admisit. Cui sacramento cum se uite auctor
 impenderet: et ad tantam diuine maiestatis inclinacionē
 tot⁹ mundi compago quateretur cum facin⁹ impium om
 nis sui confusione creatura dampnaret: et manifestam in
 non sententiam elementa ipsa pferrent. quis uobis anim⁹
 iudei: que conscientia fuit. quādo et uos iudicium uniuers
 itatis urgebat: et reuocari ad se consumato celere impie
 tas uestra non poterit: qualis confusio uos operuit que

tor uesterū pena suscepit: Cum igitur tanta sit misericor-
dia dei: ut etiā de tali populo multos per fidem iustificare
dignatus sit. et nos sub ueteri quodam ignorācie p̄funda
nocte peuntes in patriarcharū societate: et in sortem elec-
ti generis adoptarit: ad altitudinem spei nostre non seg-
niter: neq; cum tēpore curam? sed prudenter atq; fideli-
ter cogitātes de quali captiuitate. et qua misera seruitute
quo precio redempti: et quo brachio sumus educti. Glori-
ficem? deum in corpore nostro. ut habitare eum in nobis
ex ipsa conuersationis nostre p̄bitate mōstreremus. Et quia
nichil est in omniū uirtutū dignitate p̄stanti? q̄ pietas mi-
sericordie: et puritas castitatis: hys nos p̄sidijs speciali?
instruam? ut caritatis opere ac nitore pudicitie tanq; du-
abus eleuatis alis de terrenis mereamur esse celestes:
quo desiderio quisq; gracia dei adiutus impletur et de p̄-
fecto suo non in se sed in domino gloriatur: Hic legitime
honorat pascale sacramentū: huius limina uasator angel?
sanguine agni et signo crucis p̄notata non intrat: Jā plagas
egiptias nō pauescit: et hysdē aquis hostes reliquit extidos
quibus est ip̄e saluatus: Amplectamur itaq; dilectissimi pu-
rificatis mentib? atq; corporibus salutis nostre mirabile
sacramentum: et ab omni fermento malicie ueteris omū
dati: pascha domini cū digna obseruacōe celebrem?: ut re-
gente nos spiritu sancto a caritate Xpi nullis temptatio-
nibus sepeamur: qui in sanguine suo pacificans omnia in alti-
tudinem paterne glorie se recepit et humilitatem sibi ser-
uicium non reliquit A M E N :.

De Eodem Sermo Quintus

Reator et domin? omnium rex Xps. post inusita-
tum sacre uirginis p̄tum: post adorata matris cō-
fessione cunabula post multiplicem doctrinam celestis elo-
quy? et uariarū curationum medelas iungio uerbi potētis ef-
fectas: dispensationem omnium sacramentorū omniumq; uir-
tutum salutifera passione cōsumat. Xpiāne igitur spei di-
lectissimi uera racō et principalis causa crux Xpi ē: qua

77
licet iudeis sit scandalum: gentibus autem salutaria: nobis da-
men dei uirtus est dei sapientia. Unde sumum hoc et po-
tentissimum diuine misericordie sacramentum semp quide-
in cordibus nostris cum tota sui dignitate retinendum est.
sed nunc uiuacioris animi sensum et puriorem excigit me-
tis intuitum. quando nobis non solum reuolu tempis: sed
etiam textu euangelice dilectionis. omne opus nostre sa-
lutis ingeritur. nichil ergo apud nos loci cogitationes ha-
beat impiorum: nec integritate sane intelligere aut Iudaea
offensio: aut gentilis corrumpat irrisio: ut quod pro nobis non
solum humiliter sed etiam sublimiter gestum est. aut secundum homi-
nem possibile aut secundum deum uideatur indignum. Utque autem re-
cipi: utque conuenit credi: quia nemo hominum potest nisi
in utroque saluari. Iustus enim et misericors deus non sic
inimicitia sue uoluntatis est usus: ut ad repacionem nostram
solum potentiam benignitatis exerceret. Sed quia conse-
quens fuerat ut homo faciens peccatum seruus esset pecca-
ti: sic medicina egris: sic reconciliatio reis: sic redemptio
est impensa captiuis: ut condemnationis iuste sententia. in
fide liberatoris ope solueretur. Nam si pro peccatoribus so-
la se opponeret deitas. non tam ratio dyabolum uinceret
quam potestas: et rursum si causam lapsorum sola ageret natu-
ra mortalium. non exueretur a conditione que libera non
esset a genere. Unde oportuit in unum dominum Ihesum
Christum et diuinam et humanam conuenire substantiam: ut
mortalitati nostre per uerbum carnem factum: et origo no-
ui hominis subueniret et passio. Cum igitur in Christo Ihe-
su Judeorum recitas que sunt humana contemnat illis aduer-
sus gloriam domini calumpniantibus: Iste contra humilita-
tem superbientibus: nos dei filium et in suis uirtutibus et
in nostris infirmitatibus adoramus. Nec erubescimus cru-
cem Christi et inter contradicendum liquas nec de morte ip-
sius nec de resurrectione dubitamus: quoniam quod super-
bos ad infidelitatem trahit: hoc nos ad fidem dirigit: et quod
apud illos est materia confusionis hoc apud nos est causa
pietatis. Admonitis igitur discipulis dominus ut contra uim
temptationis inflatis uigilanti oratione certaret: ipse patri

supplicans ait: pater si possibile est trāseat a me calix iste
Verū tamen nō sicut ego uolo. sed sicut tu. Prīma petitiō
infirmitatis. secunda uirtutis: illud optauit ex nostro: hoc
dedit in p̄prio. Nec enim equalis patri filius omnia esse
deo possibilis: aut ad suscipiendum crucē sine sua in hunc
mundum descenderat uoluntate. ut hanc diuersarum affecti
onum compungentia quāmoda racōne patetur. sed ut sus
cipientis suscepteg nature esset manifesta distinctio: quod
erat hominis diuinam desiderauit potenciā: quod erat dei
ad causam respexit humanam. Sup̄iori igitur uoluntati.
uoluntas cessit inferior: et cito demonstratum est. quod
possit a trepidante orari: et quid non debeat a medente cō
cedi: quia enim nos qui oremus sicut oporteat nescimus:
et utile nobis est ne fiat. Plerūq; quod uolumus deus infū
et bonus quando ea que nocitura sunt petitur negādo mi
seretur. Voluntas ergo nostre correctionem dominū cū
trina oracōe formasset: grauatis merore discipul? Dormite
iam inquit et requiescite. ecce appropinquabit hora et fili
hōis tradetur in mā⁹ peccatorū? Surgite eā⁹ hic: ecce appi
quat qui me tradet: et cū fustibus et lateris comp̄hensu
rum Xpm turba confluxit ducem sequens Judam Scari
oth qui p̄uilegio p̄fidie obtinuerat infacinoze principatū
Huic ne causam criminis aliqua preberet offensio: nulla
est negata dignatio: sed illius spiritu inflāmatu ex arsit.
cui ministerium sponte prebuit: et qualē habuit mentem:
talem inuenit presidem. Merito sicut p̄pheta predixerat
Oratio eius facta est in peccatum: quando cōsumato sce
lere tam puerla impy cōuersario fuit: ut etiam penitendo
peccaret. Admittit ergo in se filius dei impias manus: et
quod seuientium furore agitur patienti potestate cōpleuit
Hoc enim erat illud magne pietatis sacramentum qđ xp̄us
cōsecratur iniureys. quas si apta potencia et manifesta
uirtute propelleret: diuina tū exercebat non humana cu
raret. In omnib⁹ aut que illa popularis et sacerdotalis in
sanis contumeliose et p̄criter inferebat. nostre dilueban
tur macule: nostre expiebantur offense quia natura que
in nobis uicta semper fuerat atq; captiua in illo innocēs

28
pariebatur et libera ut ad auferendum peccatum mundi
ille agnus se hostiam offerret quem et omnib⁹ corporalib⁹
substantia iungeret: ab omnib⁹ spiritualib⁹ origo discerneret
Hec hodie dilectissimi aurib⁹ uestris insinuata sufficiunt
cetera in quartam feriam differantur: auxiliante domino
orationib⁹ uestris qui prestare dignabitur. ut quod pmit
tim⁹ impleam⁹ Amen.

De Eodem Sermo Sextus

Hominis nostre memores dilectissimi: scitāti uel
tre reddim⁹ quod debem⁹: asfuturam sperantes gra
tiam dei ut inde nobis proueniat deuotio: unde est incita
ta promissio. Compensus Dominus a turbis quas princi
pes sacerdotum et doctores legis armauerāt ut impleret
dispensationem rohibet potestatem. et beatum apostolū Pe
trum humana aduersum irruentes animositatem cōmotū
gladio abstinere p̄cipit. Supfluum enim erat ut qui nole
bat presidio angelicarū legionum iuari: uellet se un⁹ op
positione discipuli defēdi. Perpetrauerit licet ferox tur
ba quod uoluit. et de sceleris sui exultarit affectu: maior
tamen cōprehensi uirtus q̄ cōprehendendum fuit. Iudeorū
cecitas nihil obtinuit. nisi ut sua impietate se perderet.
xp̄i uero patientia hoc egit ut omēs sua passione saluaret
perdueto autē Jhu ad Caypham principem sacerdotū: quo
scribe et omnis sacerdotalis ordo cōuenerat: falsa aduers⁹
dominum testimonis querebantur: sed inter inconditas &
dissonas uoces hoc Jhus mirabiliter elegerat ut taceret:
Cayphe autē dicenti. Adiuro te per deum uiuū ut dicas no
bis si tu es filius dei ita uiuaci et p̄uida autoritate r̄ndit
ut hysdem uerbis. & infidelium cōscientias rederet. et cre
dencium corda firmaret: ad omnem eius interrogacionem
referens. tu dixisti. Addensq; quod sequitur: Neptamen
dico uobis. Ammodo uidebitis filium hominis sedentem a
dextris uirtutis dei: et uenientem in nubib⁹ celi. Cayphas
autem ad exaggerandam auidi sermonis inuidiā scidit uel
timenta sua. et nesciens quid hac significaret insania taceret

dotali se honore priuauit. Vbi est Cappa rationale pedo-
ris tui: ubi est continencie cingulum ubi suphumerale uir-
tutum. Mistico illo sacratog uestitu ipse te spolijs: et p-
prys manib9 pontificalia uestimenta discerpis. Oblitus p-
cepti illius quod legeras de principe sacerdotum. De capi-
te suo cindax non reponet: et uestimenta sua non discrum-
pet: tu uero a quo alienabitur hec dignitas ipse tibi exe-
cutor es ob pby et ad manifestum finem ueteris instituti
ptinet eadem damnatio sacerdoty. Hinc iam dilectissimi
inter multiplicatas illusiones nocte transacta uinctu Jhe-
sum Hylato presidi tradiderunt. Principes enim sacerdo-
tum et seniores populi hoc consilio rem gerebant. ut ab-
actione sceleris sui uidentur immunes. Subtrahentes oya
manuum: et exercentes tela linguaz uolentes interficere
et clamantes Crucifige crucifige: quid hac specie religionis
iniustus: qua ratione corpora polluit: corda non ledit. Co-
taminari occisione eius metuitis: cui9 sup uos et sup fili-
os uestros fundi sanguinem postulatis. Si non totum faci-
nus uestra impietas pagit. pmittite presidem indicare qd
sentit: sed uos etiam in ipm graues atq uolenti in id eu-
declinare non sinistis: a quo ipsi mendaciter abstinetis.
Peccauerat Hylatus q faciendo uoluit in uestram tamē
conscienciam confluit. quitquid furor uester extorsit: ta-
lis etiam illic uestra obseruancia fuit: ubi precium quod
Xpi uenditor reportauit: mitti in galophilacium noluitis
cauentes scilicet ne sacros loculos pecunia cruenta pollu-
eret. Cui9 cordis est illa simulacio: sacerdotum conscien-
cia capit quod templi archa non recipit: refutatur illi9 sag-
uinis taxacio: cui9 non timetur effusio: quantilibet ita
uos fallacie circumtegitis umbraculis: intum cum tradi-
tore cōmerciū quo iustum sanguinē sicut non licuit com-
pari ita debuit nō effudi. Sediticiosi igitur clāoribus Ju-
deoy cedente Hylato in loco cui nomen est galgata. crucifi-
gitur Xps: per lignum erigitur lapsus in ligno: et gustu
fellis et aceti diluitur esca peccati. Merito priusq trade-
retur dixerat dominus. Cum exaltatus fuero omnia ad
me traham: id est totam causam humani generis agam:

79
Et olim peditam : In integram reuocabo naturam. In
me omnis infirmitas abolebitur : in me omnis plaga sa-
nabitur. Exaltatum aut Ihm ad se traxit omnia nō salū
nostre substantie passione. sed etiam totius mundi cōmu-
tatione mōstratum est: Pendente enim in patibulo creatore
uniuersa creatura cōgemuit .et crucis clauos omnia simul
elementa senserūt. Nichil ab illo supplicio liberum fuit hoc
in cōmunionē sui. et terram traxit et celum. hoc petras
rupit: monumenta aperuit. inferna reserauit. et densarū
horrore tenebrarum radios solis: Debebat hoc testimoni-
um suo mundus auctori: ut in occasu conditoris sui uellēt
uniuersa finire. Sed paciēcia dei seruat rebus atq; tem-
poribus ordinem suum: nosq; in illum poti⁹ uocat affectū
ut eorum salutem petamus quorum crimen horremus:
Tanto igitur precio tanto sacramento eruti de potestate
tenebrarum et ab antique captiuitatis uinculis absoluti
date operam dilectissimi ut integritatē mentium nostra-
rum nulla diabolus arte corrumpat: quicquid uobis contra
xpianam fidem ingeritur: quicquid contra dei mandata
suadetur. de illius dereptōibus uenit: qui nos innumeris
donis .ab eterna uita conatur auertere .captando qualdā
occasiōes infirmitatis humane .per incautas negligentēq;
animas in laqueos iterum sue mortis indurat. omnes er-
go p aquā et spiritū sanctū renati recolant. cui renuncia-
uerunt: et qua pfessione iugum a se tyrānice dñacionis ex-
cusserint. nec in secundis quisq;. nec in aduersis ad mortife-
rum diaboli currat auxilium. Ille enim mendax est ab
inicio .et in sola uiget arte fallandi. ut humanā ignoran-
ciam false scientie ostentatione decipiat. Sitq; eorū nunc
malign⁹ impulsor: quorū post futuros est improb⁹ accusa-
tor. Anni uite nostre et actionum tpalium qualitates:
nec in. natura. elementorū nec in stellarū effectib⁹: sed in sū-
mi et uere dei potestate consistunt cuius auxilium et
misericordiam in omnibus que obtinere cupimus implora-
re debemus. Sicut enim illo quod absit offensa : nichil est
quod nobis ualeat suffragari. item eodem propicio nulla no-
bis nocebit aduersitas: quoniam si pro nobis deus: quis eos

tra nos qui filio suo proprio non peperit : sed p nobis om-
nib9 tradidit eum. quomodo non etiam cum illo omnia no-
bis donauit Qui uiuit et regnat in secula seculor Amen.

De Eodem Sermo Septimus

Cio quidem dilectissimi Pascale festum tam sub-
limis esse mysterij. ut non solum humilitatis me-
tenuissimum sensum. sed etiam magistror ingent-
orum superet facultatem. Sed nō ita michi diuini operis
consideranda est magnitudo: ut uel dissidam uel erubescā
de seruitute quam debeo cum sacramentum salutis huma-
ne non liceat taceri. etiam si nequeat explicari. Auxilian-
tib9 etiam orationibus uestris assuturam credim9 gratiam
dei: que inspirationis sue rore sterilitatem nostri cordis
abstergat: ut lique pastoralis officio: que sancti Gregorij
sint aurib9 utilia proferantur: Dicente enim domino bo-
norum omnium aperi os tuū: et ego adimpleto illud: Au-
demus eisdem uerbis prophetis dicere: Labia mea appe-
ries et os meum annuntiabit laudem tuam: Incipientes er-
go dilectissimi euangelicam de passione domini historiam re-
tractare: diuino intelligimus dispositum fuisse consilio: ut
sacrilegi iudeor principes et impij sacerdotes qui se uedi-
di in Xpm occasiones sepe quesierant: non nisi in solennita-
te pascali exercendi furoris sui acciperent potestatem: oport-
ebat enim ut manifesto implerentur effectu: que diu fi-
gurato fuerant promissa mysterio. ut ouem significatiuam
ouis uera remoueret. Nam omnia illa que de ymolacione
agni diuinitus p Moysen fuerant prestituta Xpm prophe-
tauerant. et Xpi occasionem proprie nunciauerant. Ut
ergo umbre cederent corpori: et cessarent ymagine sub
presencia ueritatis: antiqua obseruancia non tollitur sa-
cramēto. Hostia in hostiam transit: sanguinem sanguis ex-
cludit: et legalis festiuitas dum mutatur impletur. Vnde
cum scribas et seniores populi ad impietatis concilium pō-
tifices congregarent. omniumq animos sacerdotum cura
dimittendi in Xpm sceleris occupasset: ipsi se doctores le-

80
gis lege priuarunt. et spontaneo defectu ritus sibi patrios
abstulerunt. Incipiente enim festiuitate Pascali qui or
nare templum: uasa mundare: uictimas providere: et le
gittimis purificationibus sacratiorem diligenciam adhibe
re debuerant: patricidalis odio furore concepto ad opus
unum uacant: et in unum facinus simili crudelitate coniu
rant. Quid assecuturi supplicio innocentie: condemnacōe
iusticie: nisi ut et noua mysteria non apprehenderent. et
antiqua non uiolarent. Proidentibus ergo principibus
ne in die festo tumultus oriretur non deuotioni sed facina
ri studebatur: nec religiōi seruebat hec cura sed crimini
Diligentes enim pōfices. et solliciti sacerdotes: sedicioes
turbarum fieri in precipua solemnitate metuebant: non ut
populus non peccaret. sed ne Christus euaderet. At Ihus
consilij sui certus: et in opere paterne dispositionis intre
pidus. Vetus testamentum consumabat: ut nouum pasca
condebatur: discumbentibus enim secum discipulis ad edendā
misticam cenam cum in Cayphe atrio tractaretur quomo
do Christus posset occidi: ille corporis et sanguinis sui ordi
nans sacramentum dicebat. qualis deo hostia deberet offer
ri. nec ab hoc quidem misterio traditione sub moto. ut ostē
deretur nulla iniuria exasperat⁹: qui in uoluntaria erat
impietate prestitutus Ipse enim fuit materia ruine et cau
sa p̄fidie. sequens dyabolum ducem: et uolens Xpm habe
re rectorem. Dicens itaq; dominus. Amen dico uobis q
uius uestrum me traditurus est. uotam sibi proditoris
conscienciam demonstrauit non aspera nec aperta impiū
inreparatione confundens: sed leui ac tacita admonicione
conueniens ut facilius corrigeret penitendo: quam nulla
deformasset abiectio. Cur infelix Iuda tanta benignita
te non uteris. Ecce parcat uisibus tuis dominus: et nulli
te nisi tibi iudicat Xps. nec nomen tuum nec persona tua
detegitur. sed ueritatis et misericordie uerbo cordis tui
tui archana tanguntur. Non apostolica ordinis honor: non
sacramentorū tibi cōmunio denegatur. Redi in integrum.
et disposito furore respice. Clementia inuitat: salus pul
sat: ad uitā uita te reuocat. Ecce immaculati innocētesq;

condiscipuli tui ad significationem facinoris expauescunt
et omnes sine non edito impietatis auctore formidant:
Contristati enim sunt . non de conscientie reatu : sed
de humane mutabilitatis incerto . timentes ne minus ue
rum esset quod in se quisque nouerat : quam quod ipsa ueri
tas preuidebat . Tu autem in hac trepidacione . sancto
rum abuteris domini patientia . et abscondi te tua credis
audacia . Adis impudenciam sceleri : nec signo euidentio
re terreris : Cumque se a cibo alij in quo iudicium dominus
posuerat continerent : tu manum non retrahis a parabide
quia animum non auertis a crimine . Secutum itaque est di
lectissimi sicut Iohannes euangelista narrauit : ut cum tradi
tori suo dominus manifestus designando panem porrex
isset intinctum totum Judam dyabolus occuparet : et que
malignis cogitationibus occuparet : iam ipso impietatis ope
re possideret : Corpe enim tantum cum cenantibus recum
bebat . mentem autem sacerdotum inuidiam : testium fal
sitatem : et furorem imperite plebis armabat . Denique ui
dens dominus cui flagicio dominus esset intentus : quod
facis inquit dominus fac celerius . Vox hec non iubentis
sed suentis est nec trepidi sed parati . Cui habens omnium
temporum potestatem : ostendit se moram non facere tra
ditori : et sic ad redemptionem mundi paternam exequi uo
luntatem : ut facinus quod a persecutibus parabatur nec
impelleret nec timeret . Postquam ergo Judas persuasus a
dyabolo discessit a Christo . seque a corpore apostolice unitatis
abiecit : nullo dominus pauore turbatus : sed de sola re
dimendorum sollicitus salute . Omne temporis spacium
quod ad persecucionem uacabat incursu multis sermonibus
sacrateque doctrine : Sicut in Iohannis euangelio declara
tur impendit eleuans ad celum oculos : et pro uniuersa
ecclesia supplicans patri : ut omnes quos dedisset daturusque
esset filios pater : unum fierent et in gloria redemptoris
induidum permanerent : adiciens postremo illam oracionem
qua ait . Pater si fieri potest transeat a me calix iste Ubi
non existimandum estque dominus Ihesus passionem et mor
tem cuius iam discipulis sacramenta tradiderat uoluerit de

87
 curare. Cum ipse beatum Petrum apostolum deuote
 fide et caritate feruentem uti aduersum persecutores
 gladio uetet: dicēs Calicem quem dedit michi pater nō
 uis ut bibam illum. Certumq; sit et quod domin⁹ tes-
 tatus est ipse dicens: Sic enim deus dilexit mundum
 ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit
 in eum non pereat: sed habeat uitam eternam: et quod
 de ipso ap̄t Paulus apostolus X̄ps nos dilexit: et tra-
 didit semetipsum pro nobis hostiam deo in odorem sua-
 uitatis: in saluandis enim hominibus per crucē X̄pi cō-
 munis erat uoluntas patris et filij cōmuneg consilium
 nec ulla poterat ratiōe turbari. qđ āte eterna secula e-
 rat dispositū & misericorditer & inēmutabiliter p̄finitū.
 qui ergo uerū totūq; hominem assumpsit ueros et corporis
 sensus et animi suscepit affectus: hoc quia in illo omnia
 plena erant sacramentis plena miraculis: ideo aut fal-
 lis lacrimis fleuit: aut mendaci esurie suscepit cibum
 aut simulato sopore dormiuit. In nostra humilitate
 contemptus. in nostra mestitudine contristatus. in nostro
 est dolore crucifixus: passionem enim mortalitatis nos-
 tre ob hoc misericordia subijt: ut sanaret: ob hoc uirtus
 recepit: ut uinceret quod Elayas pphetauit dicēs: Hic
 peccata nostra portat et pro nobis dolet: et nos putau-
 mus illum esse in dolore et plaga et uexatione: ipse
 autem uulneratus propter peccata nostra: et liuore ei⁹
 sanati sumus. Cum itaq; dilectissimi dei filius dicit. Pa-
 ter si fieri potest transeat a me calix iste. nostre uti-
 tur uoce nature et causam fragilitatis agit et trepida-
 tionis humane: ut in hys que tolleranda sunt et pacien-
 tia roboretur: et formido pellatur. Deniq; cessans hoc
 ap̄m petere excusat⁹ qđamodo nostre infirmitatis metu
 in quo nobis remanere non expedit: in aliu esse. Nū trā-
 sit et dicit. Vextū non sicut ego uolo sed sicut tu. Et
 iterum: si non potest inquit calix iste transire a me:
 fiat uolūtas tua. Hec uox capitis sal⁹ est toti⁹ corporis.
 Hec uox omnes confessores accēdit: Omnes martires
 coronauit. Nam quis mundi odia: quis temptationū tur-

bidines : quis posset persecutorum superare terrores :
nisi Christus in omnibus et pro omnibus paciens patri
diceret. fiat uoluntas tua. Discāt igitur hanc uocem om̃s
ecclesie filij magno precio redempti gratis iustificati :
Et cum aduersitas uolentie alicuius temptationis incu-
buerit presidio potentissime rationis utantur : ut supera-
to tremore formidinis. Accipiant tolleranciam passionis
Hinc iā dilectissimi ad p̃stringendū ordinē domice passio-
nis sermo est dirigendus . quem ne uos cumulo proli-
xitatis oneremus : in quartam sabbati diuisio comuni
labore differamus. Aderit precantibus uobis gratia dei
que michi soluendi debiti tribuat facultatem Per domi-
num nostrum Ihesum Christum qui uiuit et regnat in
secula seculorum A M E N

De Eodem Sermo Octauus

Cursis dilectissimi sermōe proximo : hys que cō-
prehensione domini precesserunt. Superest nunc
ut auxiliante dei oracia de ipso iam passionis ordine
sicuti promissimus differamus . Nam cum uerbis sacre
orationis sue dominus declarasset . Verissime sibi atq̃
plenissime : x̃ hūanā x̃ diuinā inesse naturā. Ostēdēs unde
esset quod pati nollet : et unde quod uellet : depulsa tre-
pidatione infirmitatis et cōfirmata magnanimitate uir-
tutis redyt in sentēciam sue dispositionis eterne : et se-
uiente dyabolo per ministeria Iudeorum : formam ser-
ui nichil peccati habentis obiecit : ut per eum ageretur
omnium causa : In quo solo erat omnium sine cul-
pa. Irruerunt ergo in lumen uerum filij tenebrarum :
et utentes faculis atq̃ laternis : non euaserunt infide-
litatis sue noctem : quia non intellexerunt lucis aucto-
rem : occypant paratum teneri : et trahunt uolentem
trahi : qui si uellet obniti nichil quidem in iniuriam ei⁹
impie manus possent sed mundi redemptio differretur
et nullum saluaret illeclus : qui pro omnium erat salute
moritur⁹. Sinens igitur inferri sibi quicquid sacerdotū

istinc tu furor popularis audebat. Ad Annam Cayphæ
 sacerum: ac de inde ad Caypham ex Anne transmissi
 one perducitur: et post insanas calumpniantium voces:
 post cometicas subornatorum testimonii falsitates ad ex
 amen Hylati pontificum delegatione transfertur. qui
 diuino iure neglecto clamantes se regem non habere
 nisi cesarem: tamq̃ romani deuoti legibus: omne iudiciū
 potestati presidis reseruassent: expecterunt execu
 rem magis seuerit̃e q̃ arbitrum esse. Offerebant enim
 Ihesum duris nexibus iunctum: colaphis et alapis fre
 quentibus celsum: sputis oblitum: clamoribus condempna
 tum. ut inter tot preiudicia quem omnes uellent perire
 non auderet Hylatus absolvere. Deniq̃ nec in accusa
 to aliquam reperisse causam: nec in sententia sua tenuis
 se constantiam docet ipsa cognicio: in quo iudex quem
 innocentem prenunciat: damnat: adiciens iniquo populo
 sanguinem iustum: aquo abstinendum sibi et intellectu
 proprio felerat. et somno uxoris nonerat: nec purgat
 contaminatum animum manus lote nec i aspersis aque
 digitis expiatur: quod famulante impia mente comit
 titur. Excessit quidem Hylati culpam facinus Iudeorū
 qui illum nomine cesaris territum et inuidiosis uocibus
 increpatum ad effectū sui sceleris impulerunt: sed nec
 ipse euasit reatum qui cooperatus fediciosis reliquit in
 dictum propriū et in crimen transiit alienum. Quod
 ergo Hylatus dilectissimi inplacabilis populi uictus in
 sania: multis Ihesum debonestari ludibrys et multimo
 dis vexari iniurijs. Quodq̃ eum flagellis celsum: spinis
 coronatum et amictu erisorie uestis indutum persequē
 eum ostentauit aspectui ad mitigandos proculdubio in
 imicorū animos estimauit ut ex saturitate inuidie odys
 non ultra iam crederent psequendum: quē tot modis
 intuebantur afflictum. Sed cū inardesceret ira claman
 eum: ut barrabam indulgentia relaxaret et Ihesum
 crucis pena susciperet. cum consono fremitu diceretur
 a turbis. Sanguis enī super nos et super filios nostros:

Obtinuerunt iniqui damnationem suam quod pertinaciter exigebant: quorum dentes sicut propheta attestat? arma erant et sagitte: et ligne eorum gladius acutus. Frustra enim a crucifigendo maiestatis domino manus proprias continebant: in quem letalia uocum spicula: et uenenata uerborum tela iaciebant uobis falli Iudei et sacrilegi principes populi totum facinoris istius pondus incumbit. Et licet inmanitas sceleris et principem obligat et milites. Omnis tamen facti summa uos arguit et si quid in supplicio Christi: uel Pilati petrauit iudicium uel cohortis obsequium. Hoc uos facit humani generis digniores qui uestri furoris impulsu nec illis innocentibus esse licuit. quibus iniquitas uestra non placuit. Traditus itaque dominus seuientium uoluntati ad irrisionem regie dignitatis: supplicij sui iustus esse gestator ut impleretur quod ysaie preuiderat dicens. Ecce natus est puer et filius est nobis datus: cuius imperium super humeros eius. Cum ergo dominus lignum portaret crucis quod in sceptrum sibi conuerterant potestatis. erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium: sed manifestabatur fidelibus grande misterium: quia gloriosissimus dyaboli uictor: et inimicorum uirtutum potentissimus debellator: pulchra specie triumphi sui portabat trophaeum: et inuicte patientie humeris signum salutis adorandum regibus omnibus inferebat. tamque et tunc operis sui ymagine: omnes imitatores suos confirmaret. et diceret. Qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Cunctibus autem cum Ihesu turbis ad locum pene: Symon quidem cyrenaeus inuentus est. in quem lignum crucis transferretur a domino. ut et etiam tali facto presignaretur gentium fides. quibus crucis Christi non confusio erat futura sed gloria. Non ergo fortuitum sed figuratum et mysticum fuit: ut Iudeis in Christum seuientibus ad compatiendum ei peregrinus occurreret. Dicente Apostolo Si compatimur et conregnabimus: ut sacratissima saluatoris obprobrio non hebreus quisquam

Israelita. sed alienigena subderetur. Per hanc enim
 translationem a circumcissione ad prepucium a filijs car-
 nalibus ad filios spirituales immaculati agni propitiatio-
 et omnium sacramentorum plenitudo transibat. Siqui-
 dem pascha nostrum ut ait Apostolus ymolatus est Cre-
 stus. qui se uerum et nouum reconciliacionis sacrifici-
 um offerrens patri non in templo cuius iam erat finita
 reuerencia intra septa ciuitatis ob meritum sui sceleris
 dicenda. sed foris et extra castra crucifixus est. Ut
 ueterum uictimarum cessante misterio noua hostia nouo
 imponeretur altari: et crux xpi. non templi esset ara.
 sed mundi. Exaltato igitur dilectissimi xpo per crucem
 non illa tantum species aspectui mentis occurrat que
 fuit in oculis impiorum. quibus per moysen dictum est
 Et erit pendens uisa tua ante oculos tuos et timebis
 die ac nocte. et non credes uite tue: Isti enim nichil
 in crucifixi domino preter facinus suum cogitare potu-
 erunt habentes timorem non in quo fides uera iustifica-
 tur: sed quo conscientia iniqua torquetur. Flosser uero
 intellectus quem spiritus ueritatis illuminat gloriam cru-
 cis. celos radiante puro ac libero corde suscipiat: et in-
 teriori acie uideat quale sit quod dominus cum de passi-
 onis loqueretur instantia dicendo: Venit hora ut clarifi-
 cetur filius hominis. Et infra: Hunc inquit anima
 mea turbata est: Et quid dicam: Pater salua me ex
 hac hora. sed propterea ueni in hanc horam: Pater cla-
 rifica filium tuum. Et cum uox patris uenisset e celo
 dicens: Et clarificaui. et iterum clarificabo. respon-
 dens Ihesus circumstantibus dixit: Non propter me
 uox hec facta est: sed propter uos: Nunc iudicium mu-
 di: nunc princeps huius mundi eicietur foras et si ego
 exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum:
 O admirabilis potencia crucis: O ineffabilis gloria pas-
 sionis: in qua et tribunal domini et iudicium mundi. et po-
 testas est. crucifixi. Traxisti enim domine omnia ad
 te. et cum expandisses tota die manus tuas ad populum:

non credentem et contradicentem tibi: confitende maiestatis tue sensum totus mundus accepit: Traxisti domine omnia ad te: quoniam in execrabili iudayci sceleris una protulerunt omnia elementa sententiam cum obscuratis luminaribus celi et conuerso in noctem die: terra quoque motibus quateretur insolitis: uniuersa quoque creatura impiorum se usum denegaret. Traxisti domine omnia ad te: quoniam scisso templi uelo: sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt et figura in ueritatem: prophetia in manifestationem. et lex in Euangelium uerteretur. Traxisti domine omnia ad te: ut quod in uno iudee templo obumbratis significationibus tegebatur. Pleno apertoque sacramento uniuersarum ubique uocationum deuotio celebraret. Nunc etenim ordo clarior lenitatum et dignitas amplior seniorum. et sacratior est unctio sacerdotum: quia crux tua omnium fons benedictionum omnium est causa gratiarum: per quam credentibus datur uirtus de infirmitate. gloria de obprobrio. uita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum uarietate cessante omnes differentias hostiarum: una corporis et sanguinis tui implet oblatio. quoniam tu es uerus agnus dei qui tollis peccata mundi: ut sicut unum est pro omni uictima sacrificium. ita unum de omni gente sit regnum. Confiteamur igitur dilectissimi quod beatus magister gentium Paulus Apostolus gloriosa uoce confessus est dicens. Fidelis sermo et omni acceptione dignus quia Christus Ihesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere: huic enim mirabilior est erga nos misericordia dei quam non pro iustis neque pro sanctis: sed pro iniquis et impiis: Christus est mortuus. et cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis. suscepit tamen nascendo ex nobis quam posset offerre pro nobis. Olim enim morti nostre mortis sue potentiam mirabatur. Dicens per Osee prophetam. O mors ero mors tua et ero morsus tuus in inferno. leges enim inferni moriendo subijt. sed resurgendo dissoluit: et ita perpetuitatem mortis iniecit.

ut eam de eterna faceret tēporalem. Et licuti in Adā
enim omnes moriuntur: ita et in Xpo omnes uiuifi-
cabitur. fiat itaq; dilectissimi quod Apostolus ait.
Et qui uiuit iam non sibi uiuat sed ei qui pro omnibus
mortuus est et resurrexit. Et quia uetera transie-
runt: facta sunt omnia noua: nemo in carnalis uite
uetustate remaneat: sed omnes de die in diem perfici-
endo per pietatis augmenta remouētur: quantumlibet
enim quisq; iustificatus sit: habet tamen dum in hac
uita est quo probacior esse possit et melior: qui autem
non proficit: deficit. et qui nichil acquirit: nichil pdit
Currendum enim nobis est fidei gressibus: misericor-
die operibus: amore iusticie: ut diem redemptionis no-
bre spiritualiter celebrantes: nō in fermēto ueteris ma-
licie et nequicie: sed in alimīs sinceritatis et ueritatis
ut resurrectionis Xpi mereamur esse participes. Qui
cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula
seculorum A M E N

De Eodem Sermo floruit.

Sacramentum dilectissimi dominice passionis in
salutem humani generis ante tempora eter-
na dispositum. et per multas significaciones omnibus
retroseculis nunciatum: non ad huc expectamus mani-
festandum: sed iam adoramus impletum testimonys an-
tiquis dum propheta cecinit tuba: euangelica pandit
hystoria: et sicut scriptum est. Abissus abissum inuocat:
in uoce cathedrarum tuarum: quoniam ad enarran-
dam gloriam gracie dei. paribus sibi uocib; utriusq; tes-
tamenti altitudo respondet. Et quod erat sub uelami-
ne figurarum profundum sit reuelata luce perspicuum
Si enim inter illa miracula saluatoris que sub populorū
gerebantur aspeXui pauci ueritatis presenciam senti-
ebant. Ipsiq; discipuli uoluntaria domini passione tur-
bati: non euaserunt scandalum crucis: sine tentacōe

formidinis. Unde fides nostra intelligentiam lumeret:
unde constantia robur accipet: nisi que facta cognoscimus
predicta legeremus. Peracto igitur dilectissimi saluato-
ris triumpho: et consumatis dispensationibus quas omnia
ueteris testamenti eloquia nuntiabant: luceat carnalis
Judeus. Sed spiritualis gaudeat christianus: Et festiuitas
que illis conuersa est in noctem: nobis coruscat in lu-
ce. Quoniam crux Christi eadem est et credentium glo-
ria. et non credentium pena. Quamuis enim frequenter fu-
ror: nichil aliud in dominum maiestatis operatur sit quam
atrocem crudelitatem et imite supplicium: redemptis tamen domini
passione: uerior iustiorque letandi est ratio quam dolendi tunc
fuerit discipulorum excusabilis pavor: nec dissidencie culpa
apostolicus meror incidere rit: quando concurrentibus ad unum
scelus Iudeis Iudeorumque principibus super thaurorum piquum
tumor. et pteruis uitulorum petulantia seuebat. quando sub
oculis omnium pastoris iusti sanguine. fremencium bestiarum ra-
bies expetebat. quando denique ipse etiam qui pati uene-
rat de nature nostre comunione dicebat. Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem: flunc autem postquam susceperit
infirmitatis potentia est clarificata uirtutis nulla fi-
delium meditudine paschalis est obseruanda festiuitas. nec
tamen tristitia nobis gestorum ordo reuolendus est. cum ita do-
minus usus sit malicia Iudeorum ut de interfectione facino-
ris uoluntas sit impleta misericordie. Si autem in exitu Is-
rahel de egipto sanguis agni fuit restitutio libertatis: et
sacratissima est facta festiuitas que per hostiam perudis iram
auerteret uasatoris: quanta populis christianis concipienda
sunt gaudia: per quibus omnipotens pater filio suo unigenito
non peperit: sed per nobis omnibus tradidit illum ut in occisio-
ne Christi Pascha esset uex et singulare sacrificium: quo non
ex dominatione pharaonis unus populus: sed ex dyaboli cap-
tuitate totus mundus eruntur. Hoc ergo illud est dilec-
tissimi sacramentum: cui ab initio omnia sunt famulata
mysteria. flunc sanguis iusti Abel mortem summi pastoris
eloquitur: et in patricidio Iudeorum Cayn interfectior

85

fratris agnoscitur. Nunc diluuium et Noe archa manifestat: quid sit reuocationis in baptismo. et quid sit salutis in ligno: Nunc Abraham gērum pater pmissos acquirit heredes: et in semine eius non germen carnis sed fidei propago benedicitur. Nunc ad p̄nuntiātū festis omnib⁹ festum sacer nouorū mensis enituit: ut in quo accepit mund⁹ exordiū: in eodē haberet creatura xp̄i aua principiū. Quāuis igitur furietes Iudei fecerint in dominum Jhm querūq; uoluerunt: et suscepti hominis ueritatē: nullis eorū ausib⁹ potestas diuina subtraherit: paciencia tū dōmini consily sui mun⁹ impleuit. et p̄tinacia sacrilege crudelitatis p̄fecit op̄i saluatoris: qđ non scribe: non pharisei: nō summi intellexere p̄tiffices: Si enim cognouisset nūq; dominum glorie crucifigissent. nec ip̄e itaq; dyabol⁹ intellexit: quod leniendo in Xpm suum destrueret principatū: qui antique fraudis iura nō pderet: si se a domini sanguine contineret Sed malicia nocēdi audius dū irruit: cuit. dum caput captus est. et dum p̄sequitur mortalem: incidit in saluatorem. Inuenit sane in hoc molimine impudentis audacie dignū coopatorem: dignūq; cōsortem: eū impius Judas maluit minister esse dyaboli: q̄ seru⁹ Xpi quē notimoris p̄turbacione deseruit: sed pecunie cupiditate detraxit. Videte dilectissimi et prudēter inspicite que germina et quales fruct⁹ de auaricie uirpe nascantur. quomodo merito Apostol⁹ radicem malorū omnium esse diffinit. quia nullū peccatum sine cupiditate cōmittitur. et omnis appetit⁹ illicit⁹ ist⁹ auariditatis est morbus. Amore pecunie uilis est omnis affectio. et anima lucri cupida: etiam p̄ exiguo p̄re nō metuit. Nullūq; est in illo corde uestigium: in quo sibi auaricia fecit habitaculum. Hoc p̄fid⁹ Judas inebriatus ueneno: dum litit lucy puenit ad laqueum. et tam stulte impi⁹ fuit ut triginta argenteis dominum uenderet et magistrum Cum autē se ad excipiendum iniquitatis iudicium dei fili⁹ p̄buisset: beat⁹ apostolus Petrus cui⁹ fides ea de uocione feruebat: ut et domino cōpati pat⁹ esset & marē

Ancilla sacerdotis calumniantē pterit⁹ : ex infirmitate piculum negacionis incurrit . Ob hoc sicut apparet hesitare pmissus ut in ecclesie principe remedium penitencie conderetur . & nemo auderet de sua uirtute cōfidere : quando mutabilitatis piculum nec beat⁹ Petrus potuisset euadere . Dominus autem Ihs qui intra pontificale cōcilium solo corpe tenebatur . trepid acōem discipuli foris positi diuino uidit intuitu . et pauentis animum mox ut respexit erexit et in fletus plenitudine incitauit . felices sancte apostolice lacrimae tue que ad diluendam negacionis culpā uirtutem sacri habuere baptismatis . Assuit enim dextera domini Ihesu cristi : que labentem te priusq̃ deprecaberis exciperet . Et firmitatem standi in ipso cadendi piculo receperis . Vidit in te dominus fidem non fictā : non dilectionē aduersam sed constāciam fuisse turbatā . Abundauit flet⁹ : ubi nō defecit affect⁹ . et fons claritatis lauit uerba formidinis : nec tardatum est remedium abolicōis : ubi nō fuit iudicium uoluntatis . Cito itaq̃ in soliditatem suam redyt petra tantā recipiens fortitudinē : ut qđ in Ppi expauerat passiōe . in suo p⁹ supplicō nō timeret Amen .

De Eodem Sermo Decimus

Um multis modis dilectissimi iudayra impietas laboraret : ut occasione aliquam ppetrandi in dominiū Ihm sceleris inueniret : et mēdaciis que falsi testes iniustis sacerdotibus famulando protulerant : nichil quod morti dignum esset . afferrent . Hoc quasi insuperabile repererunt : ut dominū mundi affectati regni inuidia perurgerent . Cumq̃ Pylatus Ihesum que frustra erant uidebat argui : uellet absoluerē : calūniose et minaciter cōclāuerunt . Hunc si dimittis non es amicus cesaris : Omnis enim qui se regem facit : contradicit Cesari : Stultam in simulationem imprudenter Pylate timuisti : sed formidabile fuit nomen regium : ut p imperio Cesaris opprimi debuerit noue

molicio potestatis. Si dominaudi consiliū tyrānicis tibi
 p̄diderit apparatus. Si prouisio armorū: Si cōgregacō
 diuitiarū: Si p̄sidia detecta sunt militū: quid enim gra
 uari sinis de affectata potētia: cuius specialis fuit de
 humilitate doctrina: Romanis legib⁹ non cōtradixit
 censum subyt: didragma soluit: uedigalia non inhibuit
 que dei sunt deo: et que sunt Cesaris. Cesari reddē
 da cōstituit: paupertatē elegit. obedienciā suavit. man
 suetudinē p̄dicauit. hoc est uere nō impugnare Cesarē:
 sed iuuare: Rex tamen ne in totū inanis uideatur Ju
 deorū obiectio: discute diligēcius preles. quid de dñi
 Jhesu operib⁹ notū sit: quid de potestate conpertum
 cecis uisū. surdis auditū. claudis gressū: mutis donauit
 eloquiū. febres abegit. dolores resoluit: demōia eie
 cit: mortuos uiuificauit. mari et nētis ut quiescerēt
 impauit. Magnum prorsus regē ista demōstrāt: qui nō
 humana excellit potētia. sed uirtute diuina: Hanc er
 go iudei obiciāt potestātē: cōmutant adionē suā et hoc
 p̄ferent ore quod tenēt corde. Quare de terrēis calūp
 niantur qui celestia p̄secūtur: quāuis ergo Pilat⁹ one
 rosum sibi uiciorūq; sētiret. qđ cum neglectu cesaris ami
 cicie impetebant aliquādiu furorē mitigare conatus ē:
 Et ideo dñm Jhesū diuersis cōtumelys affici. aut per
 milit aut iussit. aut saciata iniquitas de innocentis in
 iurijs ulterius non leuaret. sed pertinax malicia pro
 prijs crescebat augmētis. et in quem obtinuerat ius il
 lusiones. exigebat et mortis. unde cum sūmi sacerdo
 tes et principes iudeorū omnisq; multitudo crebris uo
 cibus acclamarent crucifige crucifige eum: tradidit ipse
 Jhesum p̄sequencium uoluntati: Barraba illis latrone
 dimisso: ut qui in die festo latronem interficiebant uite:
 impunitas eis prestaretur homicide: Cuncte itaq; dilec
 tissimi ad locum clarificationis sue dominio. et misericor
 dia ab impiorū tabernaculis exeunte ut impleretur quod
 scriptum est: Longe est a peccatorib⁹ salus. sequebatur
 eum multitudo populi et mulieribus plangencium et la
 mentancium eum. Solet enim sexus infirmior etiam

prohys qui morte sunt digni in lacrimas commoueri :
et damnatorum exitus pro nature communis consideratione
misereri: Sed istum sibi plandum dominus Iesus dedigna-
tur impediri quia non decebat lucrum triumphum: nec lamenta
uidoriam: Denique conuersus ad eas filie inquit Ierusa-
lem nolite flere super me. sed super uosmetipsos et su-
per filios uestros flete. quia ueniet dies in quibus dicet
Beate steriles et uentres qui non genuerunt: Ubi est
tristitia crucifigendi: ubi formido morituri: Non ter-
ret passuri animum hora supplicij: et docens nullam pro
se flendi rationem esse: inducit penitentiam: denuncians
uindictam. Non est inquit quod dolere in me filie Iheru-
salem debeatis: pro uobis plangite: et pro uestris filiis
ullulate. Super illos funduntur isti ploratus quos tales
uiscera uestra peperunt lugendum uobis plane est non de
saluatore credendum: sed de impietate et temeritate
peccantium. Ego crucem uolens parior: et mortem in
me qua sum pempturus admitto. Nolite flere pro mundi
redemptione: morientem quem in maiestate patris iudica-
tem uidebitis. Exaltatus autem Christus in ligno retorquit
mortem in mortis autorem: et omnes principatus aduer-
sasque uirtutes pro obiectionem passibilis carnis elisit ad-
mittens in se antiqui hostis audaciam: qui in obnoxiam
sibi leniendo naturam: etiam ibi exactor esse ausus est
debiti: ubi nullum potuit uestigium inueniri peccati: Cua-
tuatum est igitur generale illud uenditionis nostre: et
letale cyrographum et padum captiuitatis: in ius tran-
sit redemptoris. Clauis illi qui manus domini pedesque transso-
derant: perpetuis dyabolum fixere uulneribus. et sando-
rum pena membrorum inimicorum fuit interfectio potestatum
sic suam Christo consummate uictoriam. ut in ipso et cum
ipso omnes qui in eum crederent triumpharent. Cum er-
go dominus crucifixi eleuatione corporis sublimis recori-
liationem mundi exerceretur. in quadam arce supplicij. latro-
nemque conuersum ad paradisi uocaret habitaculum. Vos prin-
cipes iudeorum legisque doctores. nec conscientie impietate
compacti: nec affectu sceleris mitigati: fixuris cla-

87

uox addebatis tela linguarum dicentes. Alios saluos ferit
 seipsum nō potest saluū facere. Si Rex Israhel est:
 descendat de cruce et credimus ei. Sed hys uocibus
 uestris stultis atq; blasphemys reddūt omnia elemē
 ta respōsum. et unā sīl in uos sententiā ferūt. celū ter
 ra sol sideraq; indignos suos suo ministerio ptestātes.
 terribili motu insolitog defectu tenebras mūdo uel
 tre cecitatis ostendūt. qđ si ad arguendos uos nec
 celestia nec inferna sufficiūt. et crurē Xpi magis po
 tuerūt petre atq; monumenta q̄ corda uestra lētire
 saltē quod in templo factū est scienter aduertite. Velū
 cui? obiectui intercludebantur sancta sanctorū: a sū
 mo usq; ad p̄ma dirutū est: ut nichil iam esset discre
 tōis: ubi nichil resederat sanctitatis. Repudiat os ita
 q; uos debuistis agnoscere: et omne ius sacerdotū p
 didisse: quia ueritas uobis dixerat. Si
 crederetis Moysi crederetis et michi. Merito ergo
 uos testamētum utq; condemnat: et gracia uacuos
 et lege priuatos: qui ideo resistitis nouis. quia nō cre
 didistis antiquis. Hos aut dilectissimi qui ab ignorā
 cie tenebris liberati: fidei lumē accepim? et in no
 ui testamēti hereditatem p electiōem adoptionis in
 trauius in festiuitate quā carnalis Israhel pdidit
 gaudeam? quoniam Pasca nostrū ymolatus est Xps.
 p cui? ineffabilem graciā omnium carismatū benedicti
 one ditamur. et ita in nouitatem a uetustate transse
 rimur: ut nō solū p̄dissi restituamur habitaculo. sed
 etiam regni celestis glorie pparemur. adiuuante do
 mino nostro Jhu Xpo qui cū patre et spiritu sancto
 uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

De Eodem Sermo Undecimus

Considerata nobis dilectissimi ut uniuersa nota
 bilis mundo adest festiuitas dñice passiōis. que
 nos inter exultationes spiritaliū gaudiorū silere non
 patitur. qua et si difficile est. de eadem solennitate sepi
 us digne apteq; differere. nō est tamen libez sacerdos

ti in fcto diuine misericordie sacrameto fidelib9 po-
pulis subtrahere sermōis officiū. cū ipsa materia ex
eo qd est ineffabilis. fandi tribuat facultatem. nec pos-
sit deficere quod dicatur. De qua nūq̃ pt satis esse qd
dicitur. Succubat ergo humana infirmitas gloria dei
et in explicandis opib9 misericordie eius. imparē se
semp inueniat. laborem9 sensu. herream9 ingenio. de-
ficiam9 eloquio. bonū est ut nobis pax sit. quod etiam
recte de domini maiestate letim9. Desere enim pro-
pheta Querite dominū et cōfirmamini querite faciem
ei9. Pleni plerūq̃ est qd totum quod querit in-
uenerit. ne desinat p̃p̃inquare. qui cessarit accedere.
Quid aut inter omnia opa dei in quib9 humane admi-
racōis fatigatur intēcio. ita cōtēplacionem mētis nos-
tre et oblectat et iugat sicut passio saluatoris. de e9
omnipotentia que ei rum patre unus et equalis esse
tie est quoties ut possim9 cogitam9. mirabilior sit no-
bis in deo humilitas q̃ potestas. et difficilior capitur
maiestatis diuine exinanicio q̃ terribilis forme in sum-
ma pueritia. Sed multum nos ad intellctum inuat.
quod licet aliud sit creator. aliud creatura. aliud deitas
inviolabilis aliud raro passibilis. in unam tamē psonam
cōcurrat p̃p̃ietas utriusq̃ substantie. ut siue in infir-
mitatib9. siue in uirtutib9 eiusdem sit cōtumelia e9
et gloria. Hac fidei regula dilectissimi quā in ipso
exordio Symboli p̃ auctoritatē apostolice institucōis
accepim9. Ihm̃ Xpm̃ dominum nostr9 quē filiū dei pa-
tris omnipotentis unicū dicim9. eūdē quoq̃ de sp̃i
tu sancto natū ex Maria uirgine cōfitemur. Nec
ab eiusdem maiestate discedim9. cū ipm̃ crucifixum
et mortuū et tertia die credim9 suscitātū. Omnia
enim que dei sūt et hominis. simul et humanitas et
deitas expleuit. ut dū passibili impassibilis inest. nec
uirtus infirmitate affici. nec infirmitas possit uirtute
iugari. Merito beatus Petrus apostolus in hui9 uni-
tatis cōfessioe laudat9 est. qui cū domin9 quid de ipso
intelligerēt discipuli scrutaretur omnium reuerentē
ora pueniens. Tu es inquit fili9 dei uiui. qd utiq̃ ad

reuelate car ne uel sanguine quorum obsequio interiores
 oculi poterant impediri : sed ipso spiritu patris in cor
 de operante credentis : ut ad regnum totius ecclesie pparat
 primum disceret quod doceret. et p soliditate fidei quam
 erat pdicatur audiret. Tu es Petrus : et sup hanc petra
 edificabo ecclesiam meam : et porte inferi no puauebunt
 aduersus eam. xpiane igitur fidei fortitudo. que portas
 mortis sup inexpugnabilem petram edificata non metuit
 unum dominum Ihm Xpm : neq deum et hominem confite
 ri : eundem credens filium uirginis qui actor e matris. eundem
 natum in fine seculorum : qui creator est temporis : eundem domi
 num omnium uirtutum et unum de stirpe mortalium : eundem
 peccati nescium. et in similitudinem carnis peccati p pec
 catoribus pmostratum. Qui ut humanum genus uinculis morti
 fere puaricationis absolueret. et dyabolo sementi potenciam
 sue inuestigatis occultauit : et infirmitatem nostre humilita
 tis obiecit. Si enim crudelis et superbus inimicus consilium mi
 sericordie dei nosse potuisset. Iudeorum animos consuetudi
 ne porius tempore q multas odys studuisset accedere.
 ne omnium captiuorum amitteret seruitutem. dum nichil sibi de
 bentis psequitur libertatem. Fecellit ergo illum malignitas
 sua : intulit supplicium filio dei quod cunctis filiis hominum
 in remedium uerteretur. fudit sanguinem iustum qui recedi
 liando mundo et peccatum esset et poculum. Suscepit dominus
 quod secundum ppositum sue uoluntatis elegit. Admisit in se im
 pias manus furcium que dum proprio incumbunt scelere
 famulate sunt redemptori : Cuius etiam circa interfectores
 suos tanta erat pietatis affectio. ut de cruce supplicans pa
 tri non se uindicari. sed illis postularet ignosci. Dicens Pa
 ter ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. De quo utiq
 orationis potencia fuit ut predicatio Petri apostoli ex his qui
 dixerunt. Sanguis eius sup nos et sup filios nostros mul
 torum ad penitentiam corda conuerteret. et uno die baptisare
 tur tria fere milia Iudeorum : fieretq cor unum omnium
 et anima una. paratorum iam p eo mori. quem poposcerat cru
 cifigi. Ad hanc indulgentiam traditor Judas peruenire non
 potuit. quoniam predicatio filii cui dyabolus stabat ad dextram

tris pri⁹ in despiciem transiit: q^{uod} sacramentū P^{ater}is genera
lis redemptionis impleat. Si mortuo p^{ro} omnib^{us} impijs
domino: potuisset etiā hic forte cōsequi remediū si nō
festinasset ad laqueū. Sed maligno cordi nūc furtis fraudū
dedito: nūc parricidalib^{us} cōmercijs occupato: nichil hūc do
cumentoy misericordie saluatoris insederat: nec p^{ater}is acce
pat aurib^{us} domini uerba dicētis. Nō ueni uocare iustos
sed peccatores. et itez Et uenit fili^{us} hominis querere et
saluare q^{uod} pierat. Nec intellexerat clemēciam P^{ater}i: qui
nō solū corporeis infirmitatib^{us} medebatur: sed etiā uulne
ra debiliū curabat animay dirēs palitico sanato. Confi
de fili remittūtur tibi peccata tua. et dirēs oblate tibi ad
ultere: nec ego te cōdemnabo. uade et ampli^{us} noli pec
care. ut p^{ro} omnia opa sua ostenderet in illo aduentu suo
saluatōre se mundi uenisse. nō iudicē. A quo intellectu a
lienat^{us} impi^{us} traditor insurrexit in semetipsū nō iudicio
penitētis. sed furore peuntis: ut qui uite auctorem inter
fectorib^{us} uēdidisset in augmentū damnacōis sue. etiā ma
riendo peccaret. Quod ergo falsi testes: quod crueti prin
cipes. q^{uod} impij sacerdotes in domini Ihu P^{ater}i mysterio
ignauia p^{ro}sidis et famulatu impite rohortis egerūt et de
testandum uniuersis seculis et amplectādum fuit. Crux
enim dñi sicut in Iudeoy erat mēte crudelis: ita est in
crucifigi uirtute mirabilis. furit in unum popul^{us} et mise
retur omnium P^{ater}is. Quod seruicia inferitur. potestate sus
cipitur. ut licentia facinoris eterne op^{er} impleat uolunta
tis. Unde omnis ordo rex q^{uod}estay. quē plenissime euāge
lica narracō p^{er}currat. ita fidelium ē accipiē^{do} auditu ut
salua fide actionum que tpe dñice passionis implete sūt
intelligam^{us} nō solū remissionem peccatoy in P^{ater}o cōpletā
sed etiā formam iusticie esse p^{ro}positam. Vex ut hoc dilige
ri^{us} adiuuante domino differatur. Hec sermonis porcio in
quartam sabbati reseruetur. Aderit ut speram^{us} gracia
dei: qui nos orantib^{us} uobis faciat p^{ro}missa cōplere. p^{ro} domi
num nost^{re} Ihu P^{ater}m qui cum patre et spiritu sancto ui
uit et regnat p^{ro} omnia secula seculoy Amen.

De Eodem Sermo Duodecimus

Mnia quidem ipsa dilectissimi xpianorum animas
 lacrimato diuice passionis et resurrectionis exer-
 cet. neque nostre religionis officium est. quo non tam munde
 reconciliatio. quam humane in xpo nature assumptio celebre
 tur. Sed nunc uniuersam ecclesiam maiori intelligentia
 instrui. et spe seruatore oportet attendi quoniam ipsa res digni-
 tas ita sacrorum dierum recursum et paginis euangelice ue-
 ritatis exprimitur. ut Pascha domini non tam preteritum recolere quam
 presens debeat honorari. In nullo igitur ab his que ad cru-
 cem ihesu christi pertinet. fidei nostre peregrinetur intuitus. et nichil
 eorum que narratione euangelii retexitur otioso capiamus
 auditur. Ut quia non defuerunt nec ad huc desunt qui ueri-
 tatem dominice incarnationis impugnent. et quod in utero uirgi-
 nis matris uerbum caro factum est. quod infans edidit per incremen-
 ta corpora ad perfecte uirilutis preterit etatem per crucem
 et fixus mortuus ac sepultus et die tertia resurrexit in no-
 stre quidem ymaginis forma. sed non in nostre carnis alle-
 ratum esse natura. nos ab euangelicis et apostolicis
 testimoniis nullatenus recedentes eorum intelligentia roboremur
 quorum nos rectissima docuerunt exprimentia. ut pie ac con-
 stanter possimus dicere. quoniam in illis et nos eruti sumus. et
 quod uiderunt audimus. et quod didicerunt didicimus. quod cōtrecta-
 uerunt palpauimus. Et ideo in passione domini non cōturbamur
 quia in generatione non fallimur. Scimus etenim dilectissimi
 et toto corde profitemur patri et filio et spiritui sancti
 unam esse deitatem et cōsubstantialem sempiternae trinitatis es-
 sentiam in nullo a se diuisam. in nullo esse diuersam. quia
 si est intemporalis. si est incommutabilis. si est quod est esse non desinens.
 In hac autem ineffabili unitate trinitatis. cuius in omnibus cō-
 munia sunt opera atque iudicia reparatio humani generis proprie
 filio personam suscepit. quoniam ipse est per quem omnia facta sunt
 et sine quo factum est nichil. quippe plasmatum de ligno ter-
 re flatu uite rationalis animauit. idem naturam nostram ab
 eternitatis arce deiectam. amisse restitueret dignitati
 et esset cōditor. esset etiam reformator. sic cōsiliū diri-
 gens in esse. ut ad diuinationem dyaboli destruendam magis
 uideretur iusticia rationis quam potestate uirtutis. quia ergo

primi hominis uniuersa posteritas uno filii uulnere lauciata
corruerat: nec ulla sanctorum merita cōdicōm poterant illa
te mortis euincere. uēit e celo medicus singularis multis se
pe significatōib⁹ nūciat⁹. et pphetica diu pollicitatōe pmiſ
ſ⁹. qui manēs in forma dei et nichil pprīe maiestatis amit
tens: in carnis nostre animę natura sū cōtagione atque
puaricatōis oriretur. Sol⁹ enim beate uirginis nat⁹ ē fili⁹
abſq⁹ delicto nō extrane⁹ ab hōim genere: sed aliē⁹ a cri
mine. in quo illi⁹ ad ymaginē et ſimilitudinē dei cōditi et p
fecta eſſet innocēcia et uera natura: cū de Ade ppagine
un⁹ existeret in quo dyabol⁹ qd ſuū diceret nō haberet
qui dū in eū ſeuit quē ſub peccati lege nō tenuit. ius impie
dñacōis amiſit. Effuſio. n. p iniuſtis ſanguinis iuſti tā potens
fuit ad pūlegiū. tā diues ad pēiū. ut ſi uniuerſitas captiuorū
in redemptorē ſuū crederet nullū tyrannica uincula retine
rēt. Qm̄ ſicut Apoſtol⁹ ayt Ubi habūdauit peccatū ſuphabū
dauit et gracia. Et cū ſub peccati pūdicio nati acceperint ad
iudiciā renaſcēdi ualidi⁹ donū factū ē libertatis. qd debitum
ſeruitutis. qd itaq⁹ ſibi in h⁹ ſacramēti pſidio ſpē relinquit
qui in ſaluatoris noſtri corpe negant hōane ſubſtancie ue
ritatē. Dicant ergo quo ſacrificiō recōciliati. quo ſanguine
ſūt redēpti: quis eſt qui tradidit ſemetipſm p nobis oblatōm
et hoſtiam in odore ſuauitatis. aut qd un⁹ ſacrificiū ſacra
ci⁹ fuit. qd qd uer⁹ de⁹ pōtiffex altari crucis p ymolatōem
ſue carnis impoſuit. quis enim in cōſpectu dñi multorū ſanc
torū pōſa mors fuerit: nulli⁹ tū inſonans occiſio ppiriatō
fuit mundi. Acceperunt iuſti nō dederūt coronas: et de fideli
um fortitudine exēpla nata ſunt paciēcie nō dona iuſticie
Singulares eū in ſinglis mortes fuerūt. nec alteri⁹ quicq⁹
debitum funere ſuo ſoluit. cum inter filios hōim ſol⁹ dñs
noſter Jhs Xps extiterit. in quo om̄s crucifixi. om̄s mortui
omnes ſepulti. omnes etiā ſūt ſuſcitati. de quib⁹ ipſe dicebat
Cū exaltat⁹ fuero a terra omnia trahā ad me. Fides eū
uera iuſtificās impios et creans iuſtos ad nature ſue trāc
ta picipē. in illo acquirit ſalutē. in quo ſe inuenit innocētē
Et quia un⁹ eſt mediator dei et hominū homo Xps p cō
munione ſui generis ad pacē puenit deitatis. libez habens

90

de e⁹ potencia gloriari: qui cōtra hostē superbū in carnis
 nostre infirmitate cōgress⁹: hys uictoriam suam tribuit.
 in quoz corpe triūphauit. Cū igitur in uno dño nostro Jhu
 Xpo uero dei atq; hōis filio. diuinam cōfitemur de patre
 naturā hūanam: licet uerbi dei et carnis una plona sit: et
 utraq; effēcia cōmūes habeat actiōes: intelligēde tñ sūt ipoz
 opm. qualitates: et sincere fidei cōtemplacione cernēdū est
 ad que puehatur hūilitas infirmitatis. et que inclinetur
 altitudo uirtutis. quid sit quod raro sine uerbo nō agit: et
 quid sit qđ uerbū sū carne nō efficit: sū enim uerbi potēcia
 nec cōcipet uirgo nec pareret: et sū ueritate carnis obuo
 luta pānis infācia nō iaceret. Sine uerbi potēcia nō ado
 rarēt Magi puez nouo sidere declarātū: et sū ueritate car
 nis nō inheretur puer in Egiptū trāfferet: quē Herodes cu
 piebat occidi. Sū uerbi potēcia nō diceret uox patris mis
 sa de celo. Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo michi bñ cōpla
 cui. Et sū ueritate carnis nō ptestaretur Johānes dicens
 Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Sine uerbi po
 tencia nō fieret reintegracō debiliū. et uiuificacō mortuoz.
 Et sine ueritate carnis nec cib⁹ ieiunio. nec sōpn⁹ esset
 necessari⁹ fatigato. Postremo sine uerbi potēcia nō se dñs
 patri pfteretur equalē: et sine ueritate carnis nō idē
 diceret patre se esse minorē. cū catholica fides utq; sul
 criptat utq; defendat: que scdm pprietatem diuine hūaneg
 substantie unū dei filiū et hominē credit et uerbū. Multa
 sūt dilectissimi que a ad expōsicōem hui⁹ quā pdicam⁹ fi
 dei de toto scripturaz corpe possem⁹ assumere. quia nichil
 sepi⁹ diuinis cōmendatur eloquijs qđ dei fili⁹ scdm deitātē
 sempitern⁹ ex patre. et idē scdm carnē ex matre. Sed ca
 ritatis uestre fatigetur audit⁹ hodierno sermoni adhibē
 d⁹ est mod⁹. ut quarta sabbati que sūt adiciēda seruemus
 auxiliante dño nostro Jhu Xpo: qui cū patre et spiritu
 sancto uiuit et regnat in secula seculoz Amen.

De Eodem Sermo Tredecimus

Vangelica lectio dilectissimi que sacratissimam do
 minice passionis historiam referauit. ita uniuersę
 ecclesie nota ē de cōmuni frequētr auditu. ut uep gellatū

ordinem tanq̃ sub nostris habitu oculis singuli quip̃ recte
latis. Nec par̃ estimandi sunt p̃cesse qui de hys que au
diūt nō dubitant. ut etiam si nōdū liquide aliq̃ ualeant scrip
turaz capere sacramētū firmissime nō credant in diuinis
libris nullū esse mēdaciū. quia erga sincere fidei p̃missa est
intelligencie plenitudo. erigat se ad promerendam Spiritus
sancti eruditionē illuminataz mentiū uigor et nō cōtentus
sit facti ordinem nosse: nisi ut ip̃am rationē impense sibi
pietatis inspiciat. ut auctorem suum humana natura sciē
do quantum ab eo sit dilecta plus. diligat. Misereendi enim
nostri causam deus nisi in sua bonitate nō habuit: et mira
bilior est secūda hominū generacio. q̃ prima hominū cōditō
quia plus est in nouissimis seculis reparasse deum quod pe
rierat: q̃ a principio fecisse quod nō erat. libertatem quoq̃
innocencie naturalis. quam primoz patrū p̃uacatione p̃
didimus: nulla p̃ se sanctorum p̃cedentium merita recepe
runt: quia lata transgressoris sententia: omnem p̃geniem
raptine posteritatis obstruxit: et nemo extitit exors a
damnatione. quia nullus fuit liber a crimine. Sed redēp̃rō
saluatoris destruens opus dyaboli. Et rūpens uincula pec
cati. ita magne pietatis sue disposuit sacramentum ut usq̃
ad consumationem quidem mūdi p̃finita generationum ple
nitude decurreret. Sed renouacio originis per institutionē
indiscrete fidei ad omnia retro secula p̃tineret: Intarna
cio quippe ubi et occisio & resurrectio Xpi uniuersoz fide
liū sal9 facta est et sanguis unius iusti quē nobis pater dona
uit qui eū p̃ recōciliatōe mūdi credim9 fusi. Hoc cōtulit pa
trib9 qui similiter credidere fidei dū. Nichil. ergo dilectis
simi ab antiquis significacōib9 in xp̃iana religioe diuersum
est. nec unq̃ a p̃cedētib9 iustis nisi in dño Jhu Xpo spera
ta saluacō ē dispēlacōib9 quidem p̃ diuine uolūtatis racō
ne variatis. sed in ip̃m choruscantib9 & legis testimonijs:
et p̃phecie. oraculis. et oblacōib9 hostiaz. quia sic congrue
bat illos populos erudiri ut que reuelata nō rogent: obum
brata suscipiant: ut maior euāgely esset auctoritas. cui tot
signis. totq̃ mysterijs ueteris testamēti pagine deservissent
De quib9 dñs p̃fitebatur q̃ nō uenerat legē soluere sed ad

91

implere. Non extimet sibi prodelle iudeus quod in littere
carnaliter superficie demoratur. & hys scripturis convince
tur que apud nos uerā sui optinet dignitatē. dū et erudi
mur p̄dictis. et ditamur impletis. Dicēte enim dño: Cū
exaltat⁹ fuero omnia trahā ad meipm. Nichil legalium in
structionū. nichil ppheticarū reledit figurarū. qđ nō totum
in Xpi sacramēta trāsierit. Nobiscū est signaculū circūcisi
onis. sanctificatō carismatū. cōsecratō sacerdotū. Nobiscū
puritas sacrificij. Baptismi ueritas. honor tēpli: ut cessaret
nūcy p̄q̄ nūciata uenerūt. Nec uacuatur reuerēcia p̄mis
sionū. quia plenitudo est m̄ifesta gratiarū. Vex quia sicut
ait Apostol⁹ Ceritas in Israhel expte facta est. nec qui
fily carnis. hy filij sunt p̄missionis: ineffabilis misericordia
dei Israheliticū sibi populū de oib⁹ natiōib⁹ fecit. et saxea
illo gētilium cordium rigore mollito. ueros Abrahe filios ex
citauit. ut cōclusis oib⁹ sub peccato: qui carne nati sunt
spiritu renascātur. nec intersit quo patre quisq̄ sit genit⁹
cum p̄ indiscretam unū fidei cōfessionē. et fons baptisma
tis faciat innocētes: et electio adoptiōis cōfirmet heredes
Quid enim aliud egit crux Xpi. q̄ ut destructis inimicis
et reconcilietur mund⁹ deo. et sacrificium ymolati agni ue
ram in pacē cuncta reuocentur. Nō autē cōcordat deo qui
ab ea quā in generatōe sua. edidit p̄fessione sua dissentit. &
diuini inuēor padī inherere ostēditur renūciatis: dum re
silire inuenitur a creditis. Frustra enim xpianum sibi no
men usurpat: et nequaquā estimet se Pasca dñi celebrare. qui
Ihm Xpm in ea qua nat⁹ & pass⁹ & mortu⁹ ac sepult⁹ est
carne resurrexisse non credit. et nobre in illo nature re
suscitatas p̄micias nō fatetur. Verus itaq̄ uenerator dñice
passionis sic crucifixum Ihm oculis cordis aspiciat. ut illius
carnē suam esse cognoscat. cōtremiscent in redētoris sui sup
plicio terrena substantia. rumpantur infidelium mentium
petre. et qui mortalitatis grauabantur sepulchris. discussa
obscuroz mole p̄siliant. Appareāt quāq̄ in ciuitate sancta
idest in ecclesia dei future resurrectionis iudicia. Et quod
perēdum est in corporib⁹ fiat in cordib⁹. Nulli infirmoz
crucis est negata uictoria: nec quisq̄ est cui Xpi nō auxilia

retur oratio. que si multis in eū leuientib⁹ p̄fuit. quanto
magis eos qui ad ip̄m conuertuntur adiunxit. Sublata est
ignorācia tempata est difficultas. et ignea illa qua uite re
gio erat inclusa tropheū sacer sanguis x̄pi extinxit: uere
luci antique noctis cessit obscuritas. Iunatur ad paradisi
diuitias popul⁹ xp̄ian⁹. et cunctis regeneratis ad amissam
patriam patefact⁹ est redit⁹. si nemo tibi illā uiam faciat
claudi. que fidei latronis potuit apiri. Celebrantes igitur
dilectissimi paschalis festi ineffabile sacramētum agnoscā⁹
docēte spiritu dei. ad e⁹ glorie p̄ticipatōm uocati: et quam
spem sum⁹ ingressi. Nec ita nūc anxie. nunc lugubē p̄sentis
uite occupant aētionēs. ut non toto cordis affectu cōforma
ri redemptori nostro p̄ illius exempla uitamur. Nichil eū
non ad nostram salutem aut egit aut p̄tulit: ut uirt⁹ que
inerat capiti. inellet etiam et corpori. Nam primum ipsa
substantie nostre in deitate susceptio qua uerbū caro fac
tum est. et habitauit in nobis: quem hominum misericor
die sue nūc infidelem reliquit exortem. Et cui nos com
munis cū x̄po est si assumētē recipit. et eo spiritu est re
generat⁹ quo ille p̄genitus. Deinde quis in illo tuas non
agnoscat infirmitates qui perceptōem tibi: requirerionē
somnia: solitudinem mestitudinis. lacrimas pietatis nō uide
at forme fuisse seruilis: que quoniam ab antiquis sananda
uulnerib⁹. et a collusione erat purganda peccati. ita uni
genitus dei etiam hominis factus est filius ut et omnis
humanitatis ueritate. et diuinitatis plenitudine non care
ret. Sicut itaq; nostrum est. quod cum unione diuinitatis
peperit materna uirginitas: ita nostr⁹ est quod et iudaica
crucifixit impietas. nostr⁹ est qđ examine iacuit: et qđ die
tercia resurrexit. qđ sup omnes celoz altitudines ad dex
teram paterne maiestatis ascendit: ut si p̄ uiam mandat⁹
ei⁹ inuidimus: et si que in humilitate corporea nostre im
pendit saluti: non erubescimus confiteri. Nos quoq; in glo
rie sue consortium p̄uehamur. quoniam manifeste quod de
nuntiavit implebitur. Omnis qui confitebitur me corā
hominib⁹ et ego cōfitebor eum coram patre meo qui in
celis est. Huic autem cohortacōi nostre adest atq; auxilia.

92

tur gracia dei. que incarnationis Xpi et mortis ac resur-
recōis e⁹ inimicos ruelata p̄ ōs ecclesias ueritate dīstrux-
it. ut toti⁹ mundi fideles cū apostolice fidei auctoritate cō-
cordes una nobiscū exultacōe gauderēt. Dicente beato Pau-
lo An ignoratis quia quicūq; baptisati sum⁹ in Xpo Ihu
dño nostro. in morte ip̄i⁹ baptisati sum⁹: Cōsepulti enim
sum⁹ cum ip̄o in morte: ut quomodo surrexit Xps a mor-
tuis p̄ gloriā patris ita et nos in nouitate uite ambulem⁹
Si enim cōplātati facti sum⁹ similitudini mortis eius sicut
resurrectionis erim⁹. Hoc scientes quia uetus homo nos-
ter simul crucifix⁹ ē. ut destruatur corp⁹ peccati. ut ultra
non seruiam⁹ peccato. qui enim mortu⁹ ē indifīcatus est
a peccato. Si autē mortui sum⁹ cum Xpo: credim⁹ quia si-
mul etiam uiuem⁹ cum illa. qui uiuit et regnat cum patre
et spiritu sancto in secula seculorū Amen.

De Eodem Sermo Quartusdecimus

Gloria dilectissimi dñice passionis de qua nos etiam
hodie locuturos esse p̄mittimus. humilitatis maxi-
me est miranda mysterio. que omnes et redemit et docu-
it: ut unde datū est p̄ciū inde et iusticia sumeretur. Om-
nipotencia enim filij dei que p̄ essentiam equalis est patri:
potuisset hūanum gen⁹ a dñatu dyaboli solo impio sue uo-
luntatis eruere. nisi diuinis opibus maxime cōgruisset. ut
nequicie hostilis aduersitas de eo quod uicerat uinceretur
et p̄ ip̄am materiam naturalis reparetur libertas. p̄ quam
generalis fuerat illata captiuitas: Dicēte autē Euangelis-
ta. q̄ uerbum caro factū est et habitauit in nobis. Et di-
cente etiam Apostolo q̄ de⁹ erat in Xpo mundū recōciliās
sibi: ostēsum est quia unigenitus sūmi patris filius: tale in-
yt cum hūana humilitate consorcium: ut suscepta nostre car-
nis animeq; substantia unus atq; idem dei fili⁹ p̄maneret
nostra augendo: non propria: quia infirmitas erat p̄uehen-
da. non uirtus. ut cum suo creatore creatura esset unita:
nichil assumpto diuinū: nichil assumpti decisset humanū: Hoc
consilium diuine misericordie et iusticie dei: licet in p̄teri

his seculis quib⁹ clam nēlaminib⁹ fuerit obumbratum nō tā
ata ut sanctor⁹ qui ab initio usq⁹ ad aduentum dñi laudabi
les extiterunt. intellectui negaretur cū et pphetiis uerbis
et rex gestay significacōibus solus que in Xpo erat uen
tura promissa sit. quam non solum qui p̄dicabant adepti sūt
sed etiam omnes qui predicantibus crediderunt. una enim
fides iustificat uniuersor⁹ tempor⁹ sanctos: et ad eandē spē
fidelium p̄tinet: quicquid per mediatorem dei et hominum
Xpm Jhm uel nos confitemur factum uel patres nostri
adorauere faciēdum. Nec inter Iudeos atq⁹ gentiles ulla
distinctio est: siquidem sicut ayt⁹ Apostol⁹ Circūcisio nichil
est atq⁹ preputiū. sed obseruancia mādator⁹ dei. que si cū fi
dei integritate seruētur. ueros Abrahe filios idē p̄fectos
faciunt xp̄ianos. Dicente eodem Apostolo Quicūq⁹ enim in
Xpo baptisati estis Xpm induistis: Nō est Iude⁹ neg⁹ Gre
cus. non est seru⁹ neg⁹ liber: nō est masculus neg⁹ femina.
Omnes enim unum estis in Xpo. Si aut⁹ uos Xpi ergo
Abrahe semen estis scdm p̄missionem heredes. Non ē ergo
Dubium dilectissimi naturam humanam in tātam cōnexiōm
a filio dei esse susceptā. ut nō solum in illo homine qui toti
us creature est primogenit⁹. sed etia in omnibus sanctis su
is unus idēq⁹ sit Xp⁹: et sicut a mēbris caput. ita a capi
te diuidi mēbra non possunt. Quāuis enim illius uite non
sit sed eterne: ut sit de⁹ omnia in omnibus: tamen modo
etiam templi sui quod est ecclesia indiuisus habitator est:
scdm quod ip̄e promisit dicens. Ecce ego uobiscum sū omni
bus dieb⁹ usq⁹ ad cōsumacionem seculi: quib⁹ Apostolus con
sonās ayt. Ip̄e est caput corporis ecclesie qui est principium
p̄mogenitus ex mortuis ut sit in omnib⁹ ip̄e primatum te
nens: quia in Xpo cōplacuit omnem plenitudinem diuinita
tis habitare et p̄ eum reconciliari omnia in ip̄so. Hys aut⁹
et alijs plurimis testimonijs quid insinuat⁹ cordib⁹ nostris
nisi ut p̄ omnia ad ymaginem eius renouemur. qui p̄manens
in forma dei carnis peccati forma dignatus ē esse. Omnes
enim infirmitates nostras que ueniunt de peccato absq⁹ pec
cati cōmuniōne suscepit. ut et famis et sitis et somni et las
situdinis meroris ac fletus affectionibus non careret. Dolo

93

Reliquissimos usque ad mortis extrema pateretur. quia ne-
 mo posset laqueis mortalitatis absolui. nisi ille in quo so-
 lo innocens erat natura omnium. sine et interfici manibus
 impiorum. Unde saluator noster filius dei uniuersis et se cre-
 dentibus et sacramentum condidit et exemplum. ut unum apphe-
 derent renascendo. aliter sequeretur imitando. Hoc enim
 docet beatus Petrus apostolus dicens. Christus passus est pro no-
 bis. uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius
 qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in lingua eius. qui
 cum malediceretur non maledicebat. cum pateretur non comina-
 batur. tradebat autem se iudicanti iniuste. quia peccata nostra
 ipse protulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui in
 iudicio uiuamus. Sicut ergo nemo est qui non sit christiane debi-
 tor discipline. quia et si remota est iudicis legis asperitas. uo-
 luntarie tamen obseruancie creuit utilitas. Dicente euangelista
 Johanne quia lex per Moysen data est. gratia autem et ueritas
 per Iesum Christum facta est. Omnia enim que secundum legem siue
 in circumcisione carnis. siue in diuersitatibus hostiarum. siue in
 sabbati obseruancia precesserunt Christum testificata. Christi sunt
 gratiam prelocuta. et ipse est filius legis non euacuando sig-
 nificationes ipsius sed implendo. qui licet idem sit auctor ue-
 teris. qui et nouarum figurarum. tamen promissionum sacramen-
 ta. mutauit. quia promissa preceperit. et denunciationibus cessacionem
 imposuit. quoniam denunciatus aduenit. In preceptis autem
 moralibus nulla prioris testamenti decreta reprobata. sed
 euangelico misterio multa sunt aucta. ut perfectiora et lucu-
 liora essent dapria salutem quam promittencia saluatorem.
 Omnia igitur que dei filius ad reconciliacionem et fecit et
 docuit. non in historia tantum preteritarum actionum nouimus sed
 etiam in presentium operum uirtute sentimus. Ipse est qui
 de spiritu sancto ex matre editus uirgine incontaminatam
 ecclesiam suam eadem spiracione fecundat. ut per baptisma-
 tis partum innumerabilis filiorum dei multitudo gignatur
 de quibus dicitur qui non ex sanguinibus nec ex uoluntate
 carnis. neque ex uoluptate uiri. sed ex deo nati sunt. Ipse est
 qui nullius gentis exceptionem faciens de omni natione que
 sub celo est. unum sanctorum ouium efficit gregem. et

quotidie implet quod promiserat dicens Habeo alias oves
que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere: et
vorem meam audiant et fiet unum ovile et unus pastor.
Quāvis enim beato Petro principaliter dicat pascere oves
meas. ab uno tamen domino ipsa omnium regitur cura pas-
torij. et venientes ad petram tā letis tam irriguis pascuis
alit. ut innumere oves dilectionis. pignedine roborate. sicut
bonus pastor dignatus est pro ovibus suis animā suā ponere
ita et ipse nō dubitent p nomine pastoris occumbere. Ipse
est enim cui non solum gloriosa martirum fortitudo. sed
etiam omnium renascēcium fides in ipsa regeneratione cō-
patitur. Dum enim renunciat dyabolo et credit deo. dum
in novitatem a vetustate transiit. dum terreni hominis
ymago deponitur. et celestis forma suscipitur. quedam spe-
cies mortis. et quedam similitudo resurrectionis interve-
nit. ut susceptus a Xpo: Xpmq̃ suscipiens non idem sit p
lavacrum qui ante baptismum fuit. sed corpus regenerati fi-
at caro crucifixi. Hoc cōmutatio dilectissimi ē dextere ex-
celli qui operatur omnia in omnibus. ut singulis fidelibus
per bone conversionis qualitatem. ipsum piorum opex intel-
ligamus auctorem: gratias agentes misericordie dei qui in
numeris carismatum donis ita uniuersum ecclesie corpus
exornat. ut p multos unius hominis radios idem ubiq̃ splē-
dor appareat: nec possit nisi gloria esse Xpi. cuiuslibet me-
ritum xpiani. Hoc est verum lumen quod omnem hominē
iustificat et illustrat: Hoc est illud quod p novitatem vite
desideria animum prouehit: et concupiscencias carnis extin-
git: Hoc est quod Pasca domini in alimīs sinceritatis et ve-
ritatis legitime celebratur. dum fermento veteris malicie
obieto noua creatura de ipso domino inebriatur et pascitur
Nō enim aliud agit participacō corporis et sanguinis Christi
q̃ ut in id quod sumimus transeamus: et in quo commortui
et consepulti et conresuscitati sumus ipsum per omnia et
spiritu et carnis gēstemus Dicente Apostolo Mortui enim
estis et vita uestra abscondita est cum Xpo in deo: cum
enim Christus apparuerit vita uestra. tunc et vos appare-
bitis cum eo in gloria. A M E N

94

De Eodem Sermo Quidam

Ermonem dilectissimi de gloriosa domini passione
promissum ita expeſtatoſi ueſtre intelligo eſſe red
dendum. ut officium diſſerendi et feſto paſicali cōueniat. et
auſib⁹ impy erroris occurrat: qui enim dei filium ueram
naturam noſtro carnis negant ſuſcepſiſſe. inimici ſunt fidei
xpiane. et euangelicam lectionē nimis imprudēter impug
nant: ut ſcđm ipſos crux Xpi aut ſilacio fuerit fātalmatis
aut ſupplicij deitatis: quod a cordib⁹ pioy longe eſt repel
lendum: quia catholica integritas nec maculata pfidie: nec
rugam poteſt habere mendacy que unum Xpm ſicut deum
ſicut hominē cōſtitetur. ut nec falſum hominem nec deum
dicat fuiſſe paſſibilem. quis ergo ab illo initio quo in utero
uirginis uerbum raro factum eſt. nichil unq̃ inter diuinam
hūanāq̃ ſubſtantiā diuiſionis extiterit. et p omnia incre
menta corporea unius plone fuerint toti⁹ corporis actiōs
exempla tamen que in ſepabiliter facta ſunt nulla permixtio
ne confundim⁹: ſed quid cuius nature ſit ex opēy qualitate
ſentim⁹. Nec diuina enim humanis p̃iudicant. nec humana
diuinis: cum ita in idipſum utraq̃ concurrant ut in eis nec
proprietas aſſumatur. nec plona geminetur. Tranſcendit igitur
hys que paſſionem domini p̃ceſſerunt: quid documētōy
habeat ſacramentū paſcale tractem⁹. Nam exardelſcente ad
eſſe. tū ſui ſceleris ſeuericia Judeoy. cum deus eſſet in Xpo
mundum recōcilians ſibi. nulla uis templo corporis eius ni
ſi ipſe pmitteret potuiſſet inferri. Siquidem terribilis mi
litum cohors illa: a principibus et phariſeis cū gladijs et
fulſibus miſſa multitudo. ita una domini uoce percuſſa eſt.
ut cum turba dixiſſent Jhm ſe querere naſarenū et reſpō
diſſet Ego ſum: nemo eoy ſubſiſteret. ſed omnes ſimul amiſ
ſo membroy officio retrorſum acti eluſi⁹ corruerēt. In
quo utiq̃ diuine erat poteſtatis iudiciū: que impioy conatus
non armis cōtraxys. neq̃ illius creature potentis auxilio.
ſed ſola uerbi uirtute pſterneret. quia uero ſaluando hūa
no generi alteri⁹ operis ratio congruebat. Nec poſſet ſanguis
Xpi precium credenciū fieri. ſi redemptor ſe uon ſineret cō

phendi. Admisit in se impias manus et cohibita est potencie
deitatis ut pueniretur ad gloria passionis: Cui? utiq; inanis
fuiſſet ſpes et nulli pſutura ymago tolleracie: niſi uera di
uinitas ueris ſe hūane carnis ſenſib? induiſſet. ut unus dei
atq; hominis filius aliunde intemerabilis aliunde impaſſibilis
mortale noſtrꝝ p ſuum immortale renouaret. et ideo mel
litudine ideo formidine nō carebat. ut ad euidentias hui? mū
di pturbacōes nō ſolū nos ſacramento ſuſcepcōis ſederiam
exemplo fortitudinis roboraret. Nam iniuſta uideretur eꝝ
ad patriam cohortacio. cui nulla eſſet in noſtra infirmitate
cōmunio. Veras aut dñi paſſiones Elayas ppheta ipſi? uoce
pnuunciat Dicens. Dorſum meū dedi in flagella et maxillas
meas in palmas. uultū aut meum nō auerti a cōſumacione
ſputorꝝ. quod utiq; uerbi caro patiebatur non uerbi pena e
rat ſed carnis. Cui? iniurie atq; ſupplia etiam ad impaſſi
bilem redundabāt ut ei merito dicantur illata: que in ipſius
ſunt corpus admiſſa. Dicēte Apoſtolo Si enim cognouiſſet
nūq; dominum glorie crucifixiſſent. O cecati enim Judei
malicia ſua in quod prupilleſſent faciū? neſciebāt: Unde mi
ſericors Jhs dñs qui etiam interfectores ſuos uellet ſua
morte ſaluare: p ignorantia ſeuientiū de crucis altitudine
ſupplicabat dicens. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid fa
ciūt. Flet intellectu enim cordis: nec auditu auris: nec ocu
lorꝝ intuitu ſenciebant quem affigi patibulo coegilleſſent: Dū
in corpe hominis non agnoſcant ſubſtanciam deitatis uide
runt humilem: et non adorauerunt uniuerſitatis auctorem
nec intellexerunt poteſtatem iudicaturi. deſpicientes mā
ſuetudinem iudicati. ut pſecutores ueri dei. et negatores
ueri hominis. una impietas ſaciaret. Dum ſerui formam in
Xpo. et Judei exiſtimant ſolā: et heretici aſſerunt nullā
Dicant ergo iſti fantaſtici xpiani que ſubſtancia ſaluatoris
affixa ſit ligno: que iacuerit in ſepulchro. et reuoluto mo
numēti lapide: que tertia die caro reſurrexit. uel quale cor
p? Jhs diſcipulorꝝ uiſui clauſis ad eos hoſtꝝ ingreſſ? intule
rit. cum ad abigendam cernencium diſſidenciam incipi oculis
digitisq; tractari patentes: ad huc ſiſuras clauorꝝ. et recens
cōpuncti lateris uuln? exigerit: Ac ſi tāta in luce ueritatis

95

tenebras tuas heretica obduratio non relinquit. ostendant
unde sibi spem uite pollicentur eterne: unde resurrectionis
Xpi credant se esse consortes: Nō enim possūt cum Apostolo
dicere: Xps resurrexit a mortuis primicie dormientium
quia nō sūt primicie hominum: si nō sunt de hūane stirpe
nature. Qui enim prim⁹ hominū resurrexit e⁹ plenitudi
nis est portio quā p̄cessit: ac pie creditur hoc qđ in rapite in
choatum: in membris quoq; esse cōplendum. Quia sicut in
Adam omnes moriūtur. ita et in Xpo omnes uiuificabūtur
Amplectētes igitur dilectissimi xpiane spei unicum pignus
nō diuellamur a cōpage corporis Xpi in quo habitat. sicut oyt
Apostolus Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis
repleti in illo. Nam cū sit incorporea substantia dei: quomō
corporaliter in Xpo habitat. nisi quia caro nostri generis fa
cta ē caro deitatis: et in illo sum⁹ deo repleti. in quo sum⁹
etiam suscitati ut possim⁹ cū Apostolo dicere. Nostra autē
conuersatio in celis est. unde etiam saluatorem expecta
mus. dominum nostr⁹ Jhm Xpm qui reformabit corp⁹ hum
ilitatis nostre conforme fieri corpi suo uiuens et regnans
cum patre et spiritu sancto in secula seculorū Amen.

De Eodem Sermo Sedecimus

Emp̄er quidem dilectissimi fidelium mentes in di
uinorū op̄erū decet admiracōe uersari: et rationales
animos hys maxime cogitacōib⁹ inherere. p̄ quas incremē
tum fidei sequantur. Cum enim pia cordis intencio uel ad
generalia beneficia uel ad specialia: ipsius gracie dona diri
gitur: multas a se uanitates abigit. et a corporalib⁹ curis in
quodam spirituale secretū secedit. Sed hoc in tpe dñice passi
onis multo auidi⁹ excellentiusq; faciendū est. ut ea que sūt
sacris lectionib⁹ recensita: sane intelligēcie suscipiātur audi
tu: et que magna sunt uerbis. appeant maiora mysterijs.
Prima nāq; erigendi sursum nostri cordis est ratio q̄ ea et
am que euangelica ueritas narrauit uoces pphetice nō tāq;
gerenda sed tamq; gesta recinerunt: et quod humane aures
nondum cognouerūt faciendū: iam spirit⁹ sanct⁹ predicabat

impletum. Nam Rex dauid cuius secundum carnem semens
est Christus. diem crucis domini mille et plusquam centum anno
rum etate precessit. et nichil eorum suppliciorum que sibi
memorat illata est propter. Sed quia per os eius ille lo
quebatur. qui carnem passibilem ex ipsius stirpe erat sumptu
rus: merito sub ipsius persona promittitur hystoria crucis:
qui in se gerebat corpoream originem saluatoris. Vere enim
in Christo Dauid est passus. quia uere Dauid in carne Christus
est crucifixus. Cum ergo omnia que in Christo iudaica admi
sit impietas tanto ante predicta sunt: ut non tam de presen
tibus propheticus sit sermo contextus: quod aliud nobis
per sempiternarum dispositionum dei incommutabilis ordo
releatur. apud quem et discernenda iam diiudicata et
futura iam facta sunt: Cum enim et qualitates nostra
rum actionum et effectus omnium uoluntatum scientia diuina pre
uiat. quantomagis deo nota sunt opera sua et recte placuit quasi
facta recoli que non poterant domino non fieri. Unde et Aposto
li spiritu dei pleni. cum inimicorum Christi minas seueritatis pate
rentur. recordi ad deum uoce dixerunt. Conuenerunt enim uiri
in ciuitate illa aduersus puerum tuum Iesum quem unxisti Hero
des et pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel facere:
que manus tue decreuerunt fieri. Numquid iniquitas ple
quentium Christum. ex dei est orta consilio. et illud facinus quod om
nium maius est crimine manus diuine preparationis armavit. non
hoc plane de summa iusticia sciendum est. quia multum diuer
sum multumque contrarium est id quod in Iudeorum malignitate
perognitum. et quod in Christi est passione dispositum. Non
unde precessit uoluntas interficiendi ad moriendi. nec de uno
existit spiritu atrocitas sceleris et tollerancia redempto
ris. Impias furentium manus non immisit in se dominus. sed ad
misit. nec presciendo quod faciendum esset. cœgit ut fieret. cum
tamen ad hoc carnem suscepisset ut fieret: denique inter cruci
fixum. et crucifigentes tam dispares cause sunt. ut quod in Christo
susceptum est non possit resolui. et quod ab illis commissum posset ab
oleri. qui enim uenit peccatores saluos facere ipsis quidem in
terfeutoribus suis misericordiam suam non denegauit: sed impe
torum malum in bonum credentium commutauit: ut mirabilior

96 98
Pieret gratia dei non scdm merita hominū: sed scdm diuina
rum sciencie et sapiencie dei misericorditer pparatā: quādo
et ipsos qui fuderant sanguinem saluatoris recipet unda bap
tismatis. Nō sicut scriptura que Apostolorū act⁹ cōtinet la
quitur cum p̄dicacōe beati Petri apli iudeorū corda cōpunge
ret: et agnita impietate sui sceleris diceret. Quid faciemus
uiri fratres Idem Apostol⁹ apt. Penitentiā agite et bap
tetur unusquisq; uest⁹ in nomine Jhu Xpi in remissionem
peccatorū uestroꝝ. et accipietis donū spirit⁹ sancti: uobis est
enim remissio et filijs uestris et omib⁹ qui longe sunt
quoscūq; aduocauerit dñs de⁹ noster. Moxq; addidit scrip
tura et dixit. qui ergo receperunt sermonem eius baptisati
sunt: et apposite sunt in illa die anime circiter triamillia qđ
itaq; dñ⁹ Jhs furorē fremenciū pati uoluit. in nullo eorū
auetor eorū criminū fuit: nec egit ut hec uelleret: sed cessit ut
posset. Et sic ut⁹ est obterate plebis insania: quō et p̄fidia
traditoris quē ab immanitate cōcepti sceleris et hūic⁹ est
reuocare dignat⁹ et uerbis assumendo in discipulū puehen
do: in apostolum monendo signis. cōsecrādo mysterijs. ut cui
nichil benignit̄e deesset ad corrigēdum: nichil occasionis
esset ad crimen. Sed tu impiissime homo semē Chanaan et
nō Jude: nec rō uas electiōis sed fili⁹ p̄dicōis et mortis: uti
liora tibi dyaboli incitāmēta credebas. ut facib⁹ inflamatus
auaricie: ad Triginta argenteorū luc⁹ ardesceres. ut quid di
uitiarū amitteres nō uideres. Nam & si putabas credenciū
esse pmissis: que fuit ratio ut tantill⁹ pecunie modus p̄pone
retur acceptis. Imperabas demonijs: medebaris infirmis: ho
norabaris cū apostolis: et ut famē tue cupiditatis expleres
patebant tibi futura de oculis. sed animum interdictorū ad
monitū. qđ min⁹ licuit ampli⁹ incitauit. nec tam placuit quan
titas p̄cy q̄ magnitudo peccati. Vnde facinus cōmercy tui
nō ideo detestandū est: quia dominum uiliter extimasti sed
quia redēptorem etiam tuum ne tibi p̄ceres uendidisti: Et
merito tibi tua pena cōmissa est: quia in supplicium tuum ne
mo te senior inueniri potuit qđ igitur in tpe p̄stituto scdm
p̄positū uolūtatis sue Xps crucifix⁹ ē & mortu⁹ & sepult⁹
nō pprie cōdiciōis necessitas sed nre captiuitatis cōdicio fuit

Ideo enim uerbum caro factum est: ut de utero virginis sume-
retur natura passibilis. ut quod in filium dei perpetrari non potu-
it: in filium hominis possit admitti. Nam licet in ipso ortu
chorus charient in eo signa deitatis et omnia incrementa cor-
poraliu pfectu diuinis essent plena miraculis infirmitatu
tamen nostram susceperat ueritate. et excepta communione
peccati nichil a se humane infirmitatis excluderat. et ut sua
nobis infereret. et in se nostra curaret. ab omnipotente enim
medico duplex nobis miseris remedium preparatum est. cuius
aliud est in sacramento aliud in exemplo: ut per unum conferran-
tur diuina per aliud erigantur humana. Quia sicut deus iusti-
ficationis est autor ita homo deuotionis est debitor. Per hanc
ergo dilectissimi salutis nostre ineffabilem reparationem
nec superbie nobis nec desidia locus relinquatur. Quia et nichil
habemus: nisi quod accepimus. et iugiter admoquemur. ut dona
gracie dei negligenter habeamus. Iussit enim nobis instat pre-
ceptor: qui precurrit auxilio. et benigne incitat ad obedientiam
qui ducit ad gloriam. Unde merito dominus ipse nobis factus
est uia quia nisi per Christum non itur ad Christum per ipsum autem
ad ipsum tendit. qui per semitam pacencie et humilitatis eius inue-
dit: in quo plane uiuere nec essus deest laboris. nec nubes
tristitie: nec procella formidinis. Ibi sunt insidie iniquorum
persecuciones infidelium. mine potencium. contumelie superbiorum
que dominus uirtutum et rex glorie ideo omnia in infirmi-
tatis nostre forma. et in carnis peccati similitudine precurrit
ut inter presentis uite pericula non tam optandum sit nobis
declinando ista effugere. quam tolerando superare. Iude est.
quod caput nostrum dominus Ihesus Christus omnia in se corpo-
ris membra transformans quod olim in psalmo cruciauerat.
id in supplicio crucis sub redemptorum suorum uoce clamabat
Deus deus meus respice in me. quare me dereliquisti uox
ista dilectissimi doctrina est. non querela. Nam cum in Christo
dei et hominis persona sit. nec ab eo potuerit relinqui a quo
non poterat seperari. Pro nobis trepidis et infirmis inter-
rogat. cur caro pati metuens exaudita non fuerit: instan-
te enim passione ad sanandum et corrigendum nostre fra-
gilitatis metum dixerat: pater si possibile est transseat a

97
Nix iste. Verūamen non sicut ego uolo. sed sicut tu. Et
iterū pater si non potest transire calix iste a me nisi bibam
illum. fiat uolūtas tua. qui ergo trepidacōe carnis euieta
iam ad paternā transferat uolūtatē. et toto mortis ter
rore calcato opus sue cōstitutionis implebat. cur in ipso tā
te uictorie exāltatus triumpho causam et rationem qua
fit relictus idest non exauditus inquirat. nisi ut ostendat
alium esse illum affectum quem ad humane formidinis ex
cultationem recepit. alium illum quem ex eterno placito
patris p mudi rēcōtatione preelegit. Unde ipa uox non
exauditi expositio est magnam sacramenti. quod nichil
humano generi conferret redemptoris potestas. si quod
petebat nostra obtineret infirmitas. Hec hodie dilectissimi
ne uos prolixitate sermonis oneremus dicta sufficiant.
Cetera in quartam sabbati differamus ad erit dominus orā
tibus uobis. ut que solūda pmittim? ipso largiente reddam?
Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat. Per om
nia secula seculorum A M E N

De Eodem Sermo Vicesimūseptimus

Sermo proximus dilectissimi cuius uobis promissa
restituere cupimus porcionem. in id differendi ra
tionem processerat. ut de illa clamantis ad patrem crucifi
xi domini uoce loqueremur. ne simplex et incuriosus au
ditor ita acciperet uerba dicentis. Deus deus meus qua
re me dereliquisti. tamq̃ fixo Ihesu in crucis ligno pa
terne ab eo deitatis omnipotentia recessisset. cum in tātam
unitatem dei et hominis natura conuenerit ut nec supplicio
potuerit dirimi. nec morte disiungi. Manente enim in
sua proprietate utraq̃ substantia. nec deus reliquit sui cor
poris passionem. nec deum fecit caro passibilem. quis di
uinitas que erat in dolente. non erat in dolore. Unde se
cundum uerbi hominisq̃ personam. idem est qui factus ē
inter omnia et per quem facta sunt omnia. idem est qui
impiorum manibus comprehenditur. et qui nullo fine con
cluditur. Idem est qui clauis transfigitur. et qui nullo de

lore lauciatur. Idem postremo est qui mortem subijt : et
sempiternus esse non desijt .ut utrimq; signis non dubys ma-
nifestetur .quod uera sit in. Xpo humilitas et uera maiest-
tas. quia ideo se humane infirmitati : uirtus diuina conseru-
it. ut dñ de⁹ sua facit esse que non sunt . nostra faceret
esse que sua sunt : non ergo aberat a patre filius : nec a fi-
lio pater : et illa deitas incommutabilis atq; inseparabilis
trinitas nichil sui a se poterat habere discretum quis enim
suscepte incarnationis dispensatio ad unigenitum dei filiū
proprie p̄tineret: sic tamen pater nō abiūgebatur a filio. quē
admodum caro nō diuidebatur a uerbo. Ideo ergo Jhs uoce
magna clamabat: quare me dereliquisti. ut notū oib⁹ faceret
q̄ nō optauerit eum nō erui. non defendi. sed se ueniētiū mani-
b⁹ dereliqui: hoc est saluatoreū mūdi fieri: et omnium hominū
redētorē. nō p̄ miserā. sed p̄ misericordiā. nec amissiōe auxilij
sed dissiūctiōe moriēdi. que uero illic uite intercessio sēriēda
ē: ubi et anima et p̄tate ē amissa : et p̄tate renouata : Dicit e-
nim beat⁹ Paulus Apostol⁹ q̄ pater filio non pepit sed pro
nobis omnib⁹ tradidit illū. Et itē dicit: quoniā Xps dilex-
it ecclesiā: et semetip̄m tradidit p̄ ea. ut eam sanctificaret
Vnde tradi dominū passioni tam fuit paterne q̄ ipsi⁹ uolun-
tatis. ut eū non solū pater relinqueret sed etiā ipse se quādā
racōe desereret. Cōtinuit enim se ab impijs crucifigi potes-
tas : et ut dispositiōe uteretur occulta: uti uoluit uirtute ma-
nifesta. Nā qui mortē et mortis auctore sua uenerat passi-
one destruere: quō peccatores saluos faceret si peccatorib⁹
repugnaret. Iudeoz igitur hoc fuerat dilectissimi ut Jhm
crederēt a deo relictū. in quem tāto scelere seuire potuissēt
qui sacramentū mirabilis paciencie nesciētes. sacrilega illu-
sione dicebāt. Alios saluos fecit seip̄m nō potest saluum fa-
cere. Si Rex Israhel est descendat de cruce et credimus
ei. Nō uestre cecitatis arbitrio sulti scribe et impij sacer-
dotes et insani doctores legis: ascendēda erat. potencia salua-
toris: nec scdm p̄ces blasphemantiū linguaz hūani generis redē-
tio debebat admitti. Cum si deitatem filij dei uoluissetis ag-
noscere: innumera opa ei⁹ uideretis que uos ad eam quam
fallaciter p̄mittitis fidē cōfirmare debuerit. Si aut ut p̄fi

95

termini uerum est q̄ alios saluos fecit: cur illa tot et tāta
miracula que sub publico facto sūt cōspectu: in nullo cordis
uestri duriciē mollierūt. nisi quia sp̄ ita spiritu sancto restitū
tis. ut oīa a uobis bñficia dei. in pñiciē uerteretis. Nā etiam
si descendisset Xps de cruce: uos tñ haberetis in crimine.
Spreta ergo sūt hūane insultacōis obphria: et misericordiā
dñi p̄dita et collapsa repante. nulla cōsuetudo. nulla cōiunctio.
a sua uia p̄positi remouerunt: Offerebatur enim deo p
salute mundi hostia singularis. et occisio Xpi ueri agni per
tot secula p̄dicata p̄missionis filios in libertatem fidei trās
ferebat. Cōfirmabatur quoq; testamentū nouū et Xpi sag
uine eterni regni scribebantur heredes. Ingrediebatur sū
mus p̄fex in sancta sanctorū et ad exorandū deū immu
culatus sacerdos p̄ uelū sue carnis intrabat. Deniq; a deo
tunc a lege ad euangelium a synagoga ad ecclesiam: a mul
tis sacrificijs ad unam hostiam. euident est facta translatio
ut emittente spiritum dño. uelū istud misterium qđ templi
penetralia sacratissimū secretum. tuo intercludebat obiectu a
summo usq; ad p̄mū in subita scinderetur. quoniam figuras
ueritas auferrebat et sup̄flui erant nūcy sub pñcia uiciati.
Adiciebatur hys elemētis oīm tremēda cōmocio: et aucto
ribus crucis xpi ipsa se nature officia subtrahent. Cumq;
custos supplicij centurio territus hys que uiderat. Diceret
Vere fili⁹ dei erat homo iste. Impietatē tamen iudeam
monumētis et petris omnib⁹ duriorē nulla p̄ditur mitigasse
cōpunctio: ut appareat paciores ad intelligendū dei filium.
tunc fuisse Romanos milites. q̄ Israheliticos sacerdotes:
quia ergo iudei sacramētis omnīū sanctificatione privati
Lucē sibi in tenebras. et in luctum festa uerterunt. flos di
lectissimi effusam sup̄ omnes gētes grām peluib⁹ corpibus
dei. atq; animis adorem⁹: obsecrantes misericordē patrem
et diuitem redemptorē: ut de die in diē auxilio ei⁹ adiuti
oīa h⁹ uite p̄cula possim⁹ effugere. Adest. n. callid⁹ ubiq; tē
tator. et nichil uacū a suis reliquit insidijs: cui auxiliante
mia dei que nobis inter oīa aduersa p̄tēditur fideli temp̄ e
cōstantia resistendū q̄uis impugnare nō desinant: neminem
tū quē expōnet inueniat. Proslant omnib⁹ dilectissimi reb⁹

giolse celebrata ieiunia & cōtinēcie utilitas: quā & animis &
corpib⁹ p̄bauim⁹ cōgruentē nullis corrūpantur excessibus
que enim ad sobrietatē & p̄limoniā p̄tinent: ideo diligēt⁹
in hys sūt celebrata dieb⁹: ut de breui studio in lōgā cōsue
tudinē mitterentur: et siue in opib⁹ misericordie siue in stu
dio p̄limonie: nullū a fidelib⁹ uacūū tēp⁹ habeatur. qm̄ ita
in accēsu dieꝝ et cursu t̄pm̄ lucra debem⁹ facere opm̄: nō dā
na meritoy. Hys aut̄ studijs et religiosis animis aderit mi
sericordia dei ut qđ fecit cōcupisci: faciat obtineri qui uiuit
et regnat in secula seculoy Amen.

De Codē Sermo Decimus Octauus

Magnitudo quidē dilectissimi ineffabilis sacramēti: ita
hūane intelligēcie altitudinē & tēci⁹ uincit eloquy fa
cultatem ut excellētissimis ingenys et facūdissimis linguis:
sublimior sit triumph⁹ dñice passiōis. Sed gaudēdū nobis po
ti⁹ q̄ erubescēdū est: q̄ tātē supemur materie dignitate de
qua nemo hūilis sētīt q̄ qui putauit suffecisse qui dixit. nō
ergo sup̄fluo que p̄ diuinis p̄dicam⁹: nec de reb⁹ diuinis lo
quēti: carnaliū aurī sūt timenda. fastidia. t̄q̄ despectui sūt
futura quia crebro cognoscūtur iterata: cū hoc maxime ad
cōpianē fidei p̄tineat soliditatē: ut scđm ap̄licam doctrinā id
ip̄m dicam⁹ d̄s et sim⁹ p̄fecti in eodē sensu & in eadē sciēcia
Infidelitas quippe que omniū mater ē error. in multas opi
niones quas arte dicēdi necesse habeat colorare distrahitur
ueritatis aut̄ testificacō nūq̄ a sua luce discedit: et qđ alys
min⁹. alys ampli⁹ micat. nō uarietas facit lūis sed infirmi
tas cōtēplacōis. Cui scđm sup̄ne illūinacōis auxiliū etiam in
eo sermōe famulādū ē: ut quoniam dei agriculatura dei edi
ficacō estis ip̄e & dispēsanti et accipienti tribuat sufficiēti
am qui largitōm suay iustam exigere nouit usuram. De
curso igitur dilectissimi textu euangelice lectiōis: qua de
gloria crucis Xpi intento accepistis auditu: omnia uobis diui
noꝝ eloquioꝝ misteria patefacta sentite: et quicquid sub p̄
pheticis testificacōib⁹ umbra ueteris testamēti uelabat in
sacramēto passiōis dñi manifestū ē gaudete. Ideo enim

Sacrificiorum uarietas? et purificationum differentie differ-
terunt. Ideo mandatum circumcisionis. ciborum discretio. ocium
Sabbati. et pascalis agniresauit. oculio. quia lex per Moy-
sen data est. Gracia aut et ueritas per Ihesum Christum facta est
precellerunt figure. ut sequeretur effectus. et aduentu rex
nuntiata finita sunt officia nuntiorum. Sic reconciliatio humani gene-
ris temptata. ut salus que in Christo est nullis seculis sub eadem
iustificatione defuerit. et ad hoc dilacionem preceperit ratio. ut
que diu credita sunt antequam fierent. inuoluntanter honorarentur
Nam cum uirtus fidei in his que uisui non subiaceant constituta
sit. indulgentiam nobiscum egit doctrina celestis. quos in her-
mundi terra distulit ad intelligencie facultatem. ut multiplici-
bus quam priores et uariis uteremur et testibus. Quod ergo no-
bis de passione domini nostri Iesu Christi sacra et digito dei scrip-
ta euangelia prestantur. in nubilo hesitacionis accipite. et rex
gestarum ordinem tam habetote manifestum. quam si omnia corpeo
et uisui attingeretis et tactu. uera in Christo deitas et uera
credatur humanitas. Ipse est caro qui uerbum. et sicut unus cum
patre substantie. ita unus cum matre nature. Non geminatus
plona. non confusus essentia. sed utraqque sit uter. ut et uirtus
glorificare possit infirmitatem. et infirmitas non ualeret
obscurare uirtutem. Comprehendi se a persecutoribus patitur qui con-
tinet mundum. et eorum manibus nequitur. quorum corde non capi-
tur. Iusticia non resistit iniustis. et credit ueritas testimonium
falsitatis. ut manens in forma dei. formam impleat serui. et
ueritatem natiuitatis corporee confirmaret. se uicia corporee
passionis. Sed hanc unigenito dei subire. et propter non rationem
necessitatis. sed misericordie ratio fuit. ut de peccato damna-
ret peccatum. et dyaboli opus de opere dyaboli solueretur. Inimicus
et eternum humani generis mortificare in ipsa origine uniuersi-
tati letale uulnus intulerat. Nec poterat declinare in ferreum
dedilem seminis captiua progenies. Unde cum in tot generacionibus
mortali sibi lege subiectis unum uideret inter filios hominum et
uirtute super omnes totius temporis sanctos miraretur excelle-
re. secum se fore credidit de perpetuitate sui iuris. si nulla in-
dicie sue merita se uel potuisset superare uim mortis. famulis
Itaque suis et stipendiariis uehementi incitatis in iudicium suum

Teuist. & dū putat aliquid sibi debere quē potuiss et occidere.
nō uiderit libertatē singularis innocēcie similitudinē psequēdo
nature. Nō aut errabat in genere. sed fallebatur in crimi
ne. Adā. n. prim⁹ & Adam secund⁹ unū erāt carne nō ope.
et in illo moriuntur: in isto ōs uiuificabuntur. ille p supbie
cupiditatē iter fecit ad miseriam: hic p hūilitatis fortitudi
nem uiam parit ad gloriā. Dū ipē dicit Ego sū uia ueritas
et uita. uia scilicet in forma cōuersaciōis iuste. Veritas in
expectaciōe rei certe. Vita in p̄ceptōe felicitatis eterne.
Hoc magne pietatis sacramētū dilectissimi sicut iudayca im
p̄etas ita dyabolica supbia ueliebat. Si eū cognouissēt. nūq̄
dūm glorie crucifixissēt. Sed quia hostē hūani generis. late
bat cōsiliū misericordiē dei et opposito carnis uelamine deus
in Xpo mūdū recōciliās tegebatur: p̄stitit in eū fuere in quo
nichil suū poterat inuenire. Nam & malignitati e⁹ hoc ma
gis potuissēt p̄desse si p̄ceret: p̄ quē omnium solūda erat
captiuitas: repēda libertas. sed lūre tenebre nō cōphēderūt
nec mendax recitas sapiēciam ueritatis potuit inspirere
Tenuit itaq̄ disposita mansuetudo paciēciam: & cohibita famu
lancū sibi angelicaz uirtute legionū hausit calicē doloris et
passiōis. totūq̄ suppliciū transtulit in triūphum: Vici sunt
errores. subacte sunt p̄tates: accepit nouū mūd⁹ exordium
ut damnata generaciō nō abesset. e⁹ saluandis regeneraciō sub
ueniret. Transierūt uetera & ecce facta sunt noua: ut uni
uersoz in Xpo credēcium et in sancto spiritu renatoz. p̄ ipm
& cū ipō una esset passiōis sorietas: & resurrectiōis eūitas.
Dicēte Apostolo Mortui. n. eūis: & uita uestra abscondita est
cum Xpo in deo. Cū aut Xps apparuerit uita uestra: tunc &
uos apparebitis cum ipō in gloria: In hac igitur spē dilectis
mi cōstituti ōs dyaboli caute uersucias: qui non solū p car
nis cōcupiscēcias & p corporeas tū insideatur illecebras. sed
inter ipa quoz semina fidei spargēs siliānam falsitatum. ue
ritatis quid et uiolare culturā: ut quos nō potuerit corrūpe
malis actib⁹: impys subuertat errorib⁹. Fugite ergo munda
ne argumēta doctrine: & uipea hereticoz uite colloquia. nich
il uobis cōmune sit cū eis qui catholice aduersantes fidei.
solum sunt nomine xpiani. Nō eū tēplū spirit⁹ dei nec mēbra

Tuut xpi. sed fallis opiniōib⁹ implicati tot spēs hūt dyabolū.
 quot simulacra mēdacy. a quib⁹ malis p̄ dñm Jhm xpm. quē
 et uia & ueritas et uita liberati oēs uite istī⁹ tētaciōes et
 p̄lia. cū fidei exultaciōe tollerem⁹. si. n. patimur & rōgregabi
 m⁹. qđ p̄mū nō eis tū patū est. qui p̄ nomine dñi impiorū
 leuicia sūt pēpti. quonā uniuersitas deo seruiciū deoq; uē
 uentiū sicut in Xpo est crucifixarita & in Xpo coronāda.
 Ills quidē in dī gloria p̄cellētib⁹ qui terribiles mortes. et
 leua tormēta usq; ad exaltaciōem spirit⁹ tollerādo supauerūt
 sedeciam hys subsequētib⁹ qui auaricie cupiditatē. supbie ela
 rōem. desideriiq; luxurie carnis sue mortificaciōe uicerunt
 Unde merito Apostol⁹ ayt. qđ oēs qui pie uolūt uiuere in Xpo
 p̄secuciōem patiūtur. et utiq; nō sūt extranei. qui nō est pie
 tatis alien⁹. pascale. n. festiuitatem solēniter agit. qui nō in
 fermēto ueteris malicie sed in asimis sinceritatis opatur.
 nec in Adam primo. sed in Adam secūdo uiuit menby scilicet
 et fact⁹ corpis Xpi qui cū esset in forma dei. forma serui
 dignat⁹ ē fieri. ut in uno mediatore dei & hōim homine Jhu
 Xpo & plēitudo maiestatis diuine. & ueritas nature esset hu
 mane. quā uis uerbi diuinitas in sue glorie recipet unitatē
 nec regeneraciō esset in aqua baptismatis nec redēcio in
 sanguine passionis. Sed quia in sacramēto incarnaciōis Xpi
 nichil falsū nichil arcepm⁹ figuratū. nō frustra nos ut cum
 moriēte mortuos. et cū resurgēte credim⁹ suscitatos manē
 te ipso in nobis qui opatur omnia in oib⁹ uiuens et regnās
 cū patre et spiritu sancto de⁹ in secula seculorū Amen.

De Eodem Sermo Decimusnonus

Accram dilectissimi dñice passionis hystoriam euange
 lica ut moris est narraciōe decursam. ita omniū uell
 arbitror inhelisse pectorib⁹. ut unicuiq; audiēti ipsa lectio
 quedam facta sit uisio. Habet em̄ hanc potēciā fides uera
 ut ab hys mēte desit. quib⁹ corpalis p̄cia interesse nō potuit
 ut siue in p̄teritū redeat siue infuturū se cor credētis ex
 tendat. nullas sentiat moras t̄pis cognicio ueritatis. Adest
 ergo sensib⁹ nostris ymago rerū p̄ nostra salute gestay et
 quicquid tunc discipulorū p̄stringit animus nostros quoq; tan
 git affect⁹ nō qđ aut iusticia dep̄mitur aut leuientiū Iudeo
 rum furore terremur cū etiam eos quos ill⁹ tempestatis

magnitudo cōcussit ad innitā cōstānciam resurrexio domi
ni ascēsiōq; p̄uexerit. Sed quia cum in cogitationem uenit
quales tunc Iherusalem popul. et quales fuerint sacerdotes
cum magno accepim⁹ tremore mentium: tantum facin⁹ im
pioꝝ. q̄uis enim ad salutē hūani generis p̄tineret passio sal
uatoris: et eterne mortis uincula tpali sint domini disrupta
morte. Aliud tū crucifixi paciēcia. aliud crucifigēciū agit
infamia: nec ad eodē rex exit⁹ misericordia ⁊ ira tēdebat.
cū p̄ eiūsdē sanguinis fusione P̄ps soluerit mūdi captiuitatē.
Iudei interficerēt omniū redētoꝝ. Obdurauit igitur car
nalis Iſrahel malignitas sua: ⁊ nichil eis legis testificatio:
nichil misterioꝝ ymagines nichil p̄phetaz oracula p̄tulerunt
cū Pasca dñi tot seculis celebratū. in eo Johānes doceret im
pletū. de quo publica p̄testacōe dicebat. ecce agn⁹ dei ecce
qui tollit peccata mūdi. repūgnat iniquitas iudicis. cecitas lu
ci. mēdatiū ueritati. sed d̄ leuitia obliuisciū. de scelere crudeli
um obtinuit Ihs eterne dispōis effecū. et ita hūano generi
sua morte cōsuluit. ut sacramētū salutis etiā ipis p̄secutori
b⁹ nō negaret. qui eū uenerat uniuersis credētib⁹ oīa pecca
ta dimittere a generali indulgēcia: nec iudaicū uoluit crimē
concludere: quoz itaq; p̄fidiam detestamur eorundē fidem
si conuertantur amplectimur. et imitantes misericordiā do
mini qui pro eis aliquibus erat crucifixus orabat. Nos
quoq; cum beato Paulo apostolo iūgm⁹ preces: et ut ille
popul⁹ misericordiam sequatur optam⁹. ob cui⁹ offensionem
graciā recōciliacōis accepim⁹ quā sicut ayt magister gentiū
cōclulit de⁹ omnia incredulitate: ut misereatur omniū. Quid
aut illud fuit qđ et Iudeis intelectui abāulit. et sapienciū
mundi corda turbauit. nisi crux filij dei que ⁊ philosophiam
euanescere prudenciū. ⁊ Iſraheliticā fecit caligare doctrinā
Omne nāq; sensū hūane mētis excessit diuini altitudo cō
fily. cum placuit deo p̄ stulticiam predicacionis saluos face
re credētes. ut mirabilior fieret cōstāncia fidei ex difficulta
te credendi: Inconsequens enim et irracōnabile uidebatur
recipere animo: q̄ creatorem omnium naturaz in substan
cia ueri hominis uirgo intemerata pepisset: q̄ equalis patri
filius dei. qui implet omnia et continet uniuersa: furen
cium manibus comprehendī. iniquorum iudicio condemnari:

107
Et post dederis illusionum cruci se permisisset affigi. Sed
in his omnibus simul sunt et humilitas hominis et celsitu
do deitatis. Nec misericordie ratio maiestatem misereantis
obscurat: quia de ineffabili potēcia factum est: ut cū homo
uerus est in deo inuiolabilis: deus uerus est in carne pas
sibili: conferretur hominū gloria per cōtumeliam incorrup
tio p supplicium. Vita per mortem filii enim uerbo caro
fieret et tam solida consisteret unitas in utraq natura ut
a suscipiente suscepta: nec ipsum breue mortis tempus ab
iungeret: nunq̄ ualeret ad eternitatem redire mortalitas
sed affuit nobis in xpo singulariter p̄sidium: ut in natura
passibili: mortis condicio non maneret quā impossibilis esse
cia recepiſſet. et per id quod non poterat mori: posset id
quod erat mortuum suscitari. Huic sacramento dilectissimi
ut inseparabiliter congruamus magna nobis et animi et cor
poris intentione intendendum est ut cum grauissimi sit per
iculi festum pascale negligere p̄culosi? sit ex ecclesiasticis
conuenientibus iungi: sed in dominice passionis cōſorcio nō
haberi. Nam dicente domino qui non accipit crucem suam
et sequitur me. non est me dignus Et dicente Apostolo Si
compatimur et conregnabimus. Quis uero christū passum
mortuum et resuscitatum colit. nisi qui cum ipso patitur et
moritur et resurgit: Et hec quidem in omnibus ecclesie
filiis ipso iam regeneratiōis sunt inchoata misterio: ubi pec
cati interitus. uita est renascentis et triduanam domini
mortem imitatur trina dimerſio: ut de moto quodā agere
sepulture quos ueteres suscepit sinus fontis: eodem uouos
edat unda baptismatis sed implendum est nichilomin⁹ ope
quod celebratum est sacramento. et natis de spiritu sancto
quantumcumq̄ superest mundani temporis: non sine crucis
susceptione ducendum est: quis enim forti et crudeli tiran
no per potentiam crucis xpi uasa antique depredationis
arrepta sint: et dominatio principis mundi a redemptorū
sit electa corporibus insidiari tamen etiā iustificatis eadē
malignitas p̄seuerat et multis modis eos in quibus non
regnat impugnat ut si quas animas negligentes impruden
telq̄ reperit leuioribus eas laqueis rursum inuadat et a

paradiso ecclesie raptas in dolorum sue dampnationis indu-
cat. Hinc cum quispiam obseruancie xpiane limitem se
sentit excedere et in id cupiditates suas tendere. q. eum a
recto itinere faciat deuiare: recurrat ad crucem domini et
ligno uite motus noxie uoluntatis affigat: ac uoce propheti-
ca ad dominum clamet et dicat Confige clauis timoris tui
carnes meas a iudiciis enim tuis timui. Quid autem est
clauis timoris dei carnes habere confixas: nisi corporeos
sensus ab illecebra illiciti desiderii sub metu diuini continere
iudicii ut qui resistit peccato & concupiscentias suas ne quid
inorte dignum operetur interficit Audeat cum Apostolo dice-
re Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini: nostri
ihesu cruce per quem michi mundus crucifixus est et ego
mundo: Ibi ergo se constituat christianus quo eum secum
subiulit Christus et ad id dirigit omnem uiam suam ubi sent
humanam saluatam esse naturam passio enim domini usq.
ad finem producit mundi. et sicut in sanctis suis ipse ho-
noratur ipse diligitur In pauperibus ipse pascitur ipse ue-
litur ita in omnibus qui pro iusticia aduersa tollunt ipse
compatitur nisi forte existimandum est multiplicata p. orbem
fide et rarecente impiorum numero omnes persecuciones
et omnia que aduersus beatos martires leuierunt finita
esse certamina tanq. suscipiende crucis illis tantum neces-
sitas incubuerit: quibus ad expugnandum xpi dilectionem
atrocissima sunt illata supplicia: Sed aliud seruientium deo
pietas experitur. aliud etiam Apostoli predicatio protes-
tatur qui dicit Omnes qui pie uolunt uiuere in Xpo Ihu
persecutionem patiuntur qua sententia nimis trepidus et
segrus ostenditur. qui nulla persecutione pulsatur. Pacem
enim cum hoc mundo nisi amatores mundi habere non pos-
sunt. et nunq. nulla iniquitatis cum equitate communio: nulla
mendacum cum ueritate concordia. nullus est tenebris cum
lute consensus quia etiam si pietas bonorum cupiat malos
exrigi conuersionemq. multorum per gratiam dei miseren-
tis obtineat malorum tamen spirituum aduersus sanctos
insidie non quiescunt et siue occulto dolo siue aperto plio
in omnibus fidelibus propositum bone uoluntatis infestant

Inimicum namq; illis est omne q; rectum. omne q; est castū
 Et cum eis nichil in quemq; amplius liceat q; iusticia diui
 na permiserit. que dignatur suos aut corripere disciplina
 aut exercere paciencia agunt tamē versutissima arte fal
 lacia ut ex arbitrio proprie potestatis aut ledere uidean
 tur aut parcere: et multis q; dolendum est ita per nequici
 am simulationis illudunt. ut quidem illos et timeant pati
 inferos et uelint habere placatos: cum beneficia demonū
 omnibus sint nocentiora uulneribus. quia tutius est homini
 inimicis dyaboli meruisse q; pacem Sapientes itaq; ani
 mi qui unum timere unum diligere et in unum sperare di
 dicerunt: mortificationis cupiditatibus et crucifixis corporis
 sensibus ad nullum hostium metum ad nullum inclinantur
 obsequium uoluntatem enim dei et sibi preterunt et tanto
 amplius se amant. quanto pro dei amore se nō amant Cūq;
 audiunt sibi diuinitus dici possē concupiscencias tuas non eas
 et nō uoluntate tua uetare diuidunt affectus suos et legem
 mentis a corporis lege disciunt ut ex quadam parte se
 sibi denegent perdentes se in hys que carnaliter cupiunt
 et inuenientes se in hys que spiritualiter concupiscunt
 Sanctum igitur pascha dilectissimi in talibus mēbris cor
 poris Christi legitime celebratur ut nichil illis deest triū
 phis. quos passio saluatoris obtinuit. quoniam in hys que
 apostolico exemplo castigant corpus suū et seruituti subiciūt
 idem hostes eadem fortitudine conterūtur: Et nūc em̄ a
 Christo uincitur mundus: et cum a seruis quorumcūq; uici
 orum intentina superantur ipsius uirtus est ipsius uictoria
 Hec dilectissimi que ad participationem crucis pertinent
 sufficienter ut arbitror uestris hodie sūt auribus intimata
 ut paschale sacramentum etiā in membris corporis Christi
 legitime celebretur Superest ut de optinendo resurrecti
 onis consorcio differamus q; ne continuato sermone et mi
 chi et uobis fiat onerosum in diem sabbati promissa differe
 mus aderit ut credimus gracia dei ut debitū nostrū ipsius
 auxilio compleatur Qui uiuit et regnat cum patre et spi
 ritu sancto in secula seculorum Amen

Item eiusdem Leonis pape de Resurrectione
domini nostri Ihesu Christi Sermo primus

Erudite proximo dilectissimi non incongrue
uobis quantum arbitror participationem iulius
amus crucis Christi ut paschale sacramentum
ipsa in se habeat uita credentium. et quod festo honoretur.
moribus celebretur Quasi autem hoc utile sit ipsi probas-
tis et ex uestra deuotione didicistis: quantum prosint ani-
mis atque corporibus prolixiora ieiunia: preces frequen-
tiores et elemosine largiores: flemus enim fere est: qui non
hac exercitatione profecerit: et in abdito conscientie sue
aliquid quod recte possit gaudere condiderit: Sed hec lucra
perseuerantibus seruanda custodia: ne in desidia labor
re soluto quod donauit dei gratia: dyaboli furetur inuidia Cum
igitur quadraginta dierum obseruancia hoc uoluimus opa-
ri. ut aliquid sentiremus crucis in tempore dominice pas-
sionis. ad uitendum est nobis ut etiam resurrectionis christi
inueniamur esse consortes et de morte ad uitam Cum in
istis sumus corpore transeamus Unicuique enim homini qui
ex alio in aliud aliqua conuersione mutatur finis est non
esse quod fuit. et ortus esse quod non fuit Sed interelli cui-
quis aut moriatur aut uiuat quia est mors que causa est
uiuendi et est uita que causa est moriendi flet alibi quod in hoc
transitorio seculo utrimque conqueritur: ut ex qualitate
temporalium actionum differentie retributionum pendeant
eternarum Moriendum ergo est dyabolo et uiuendum deo
Deficiendum iniquitati ut iustitie resurgatur Occumbant
uetera. ut oriantur noua Et quoniam sicut ait ueritas fle-
mo potest duobus dominis seruire: Dominus sit non ille:
qui stantes impulit in ruinam. sed ille qui deiectos erexit
in gloriam Dicente ergo apostolo Primus homo de terra
terrenus Secundus homo de celo celestis Qualis terrenus
tales et terreni et qualis celestis tales et celestes sicut por-
tauimus imaginem terreni portemus et imaginem eius qui
est de celo Multum nobis de hac commutatione gauden-
dum est: quia de ignobilitate terrena ad celestem transisse

remur dignitatem. per illius ineffabilem misericordiam qui
ut nos in sua prouheret. in nostra descendit Et non so-
lum substantiam. sed etiam conditionem nature peccatri-
cis assumeret: et ea sibi pateretur inferri diuina impas-
sibilitas. que miserrime experitur humana mortalitas Un-
de ne turbatos discipulorum animos longa mestitudine
cruciatet: denunciatam tridui moram mira celeritate bre-
uiant: ut dum ad integrum secundum diem pars primi no-
uissima et pars tercii prima concurrat: et aliquantum tem-
poris spacio detederet: et nichil dierum numero deperiret
Resurrectio igitur saluatoris nec animam in inferno nec
carne diu morata est in sepulchro. et tam uelox incor-
rupte carnis uiuificatio fuit ut maior ibi esset soporis simi-
litudo: quam mortis: Quoniam deitas que ab utraque suscepti
hominis substantia non recessit: quod potestate diuisit: potesta-
te coniunxit: subsecuta sunt itaque multa documenta quibus
predicande per uniuersum mundum fidei autoritas conde-
retur Et licet reuolutio lapidis euacuatio monumenti de-
positio linteorum et totius facti angeli narratores copiose
dominice ueritatem resurrectionis aduererent. et mulierum
tamen uisui et apostolorum frequenter oculis manifestus
apparuit non solum loquens cum eis: sed habitans atque con-
uiscens et perire adari se diligenti curiosorum contactu ab eis
quos dubitatio perstringebat admittens Ideo enim et clau-
lis ad discipulos hostis introibat. et fletu suo dabat spiri-
tum sanctum: et dato intelligentie lumine sanctarum scrip-
turarum occulta pandebat. et rursus idem uulnus lateris
figuram clauorum et omnia recentissime passionis signa mon-
strabat. ut agnosceretur in eo proprietas diuine humaneque
nature indiuisus permanere: et ita sciremus uerbum
non hoc esse quod carnem ut unum dei filium et uerbum
confiteremur. et carnem non dissonat dilectissimi ab hac
fide magister gentium Apostolus Paulus cum dicit Et si cogno-
uimus secundum carnem Christum sed nunc iam non no-
uimus Resurrectio enim domini non finis carnis sed com-
mutatio fuit nec uirtutis augmento consumpta substantia
Qualitas transiit. non natura defecit et factum est corpus

impassibile : quod potuit crucifigi . factum est immortale
quod potuit occidi factum est incorruptibile : quod potuit
vulnerari et merito dicitur . raro Christi in eo statu quo
fuerit nota uestiri . quia nichil in ea passibile : nichil remā
sit in ea infirmum : ut et ipsa sit per essenciam et nō sit
ipsa per gloriam . Quid autem mirum si hoc de corpore
Christi profiteatur : qui de omnibus christianis spiritualibus di
xit : Itaqz nos ex hoc neminem nouimus secundum carnē
Ex hoc inquit initium nobis factum est resurrectionis in
Christo : ex quo in eo qui pro omnibus mortuus est : totius
spei nostre forma precessit . Non hesitamus diffidencia
nec in certa expectatione suspendimur . Sed accepto promissi
onis exordio : fidei oculis que sunt futura iam ceruimus :
Et nature prouectione gaudentes quod credimus : iam
tenemus . Non ergo nos rerum temporalium occupent spe
cies nec ad se contemplationem nostram a relictibus ter
rena deflectant . Pro transactis habeantur . que ex maxi
ma parte iam non sunt et mens intenta mansuris ibi de
siderium suum figat . ubi quod offertur eternum est . Quam
uis enim spe salui facti sumus . et corruptibilem adhuc car
nem mortalemqz gessimus . recte tamen dicimur in carne
non esse si carnales nobis non dominantur affectus . Et
merito eius rei deponimus nuncupationem cuius non se
quimur uoluntatem . Cum itaqz Apostolus dicat carnis cura
ne feceritis in desideriis non ea nobis interdita intelli
gamus que saluti congruunt et que humana possit infirmi
tas . Sed quia non omnibus desideriis seruendum nec quic
quid caro concupiscit implendum est de adhibendo tempo
rancie modo admonitos nos esse cognoscimus . ut carni que
sub animi est constituta iudicio nec superflua concedamus nec
necessaria denegemus . Vnde idem apostolus alibi ait . si cō
enim unqz carnem suam odio habuit . Sed nutrit et fouet eā
Cum itaqz non ad uicia non ad luxuriam sed ad debitū sit
alenda et fouenda famulatum ut teneat ordinem suum re
nouata natura : nec puerse ac turpiter superioribus inferiora
pualeāt aut inferioribus superiora succumbant et uitiis ani
mum superantibus ibi fiat seruitus . ubi debet esse domina

104

tus : Agnoscat igitur populus dei nouam se esse in cristo
creaturam .et a quo suscepta sit : quam ue suscepit .di
ligenter intelligat Que noua facta sunt : non redeant ad
inuitabilem ueritatem :et non omitat opus suum : qui ma
num misit ad aratrum .sed ad id attendat : quod scribit : nō
ad id respiciat .quod reliquit flemo in id recidat : unde sur
rexit : Sed etiam si pro infirmitate corporea in aliquibus
adhuc languoribus iacet : sanare instanter desiderat .ac leua
ri : Hec est enim salutis uia et cepte in Christo resurrectioni
onis imitatio ut quia in lubrico istius uite diuersi casus lap
sibus non desunt .uestigia gradientium a fluidis ad solida
transferantur : Quoniam sicut scriptū est : a domino dirigatur
gressus hominis .et uiam eius uolet .Cum reciderit iustus
non collidetur : quia dominus supponet manum suam : Hec
meditatio dilectissimi non pro sola sollempnitate paschali sed
pro totius uite .sanctificatione retinenda est et ad hoc plenus
exercitatio debet intendi : ut que animum fidelium expi
mento breuis obseruatiōe delectarunt : in consuetudinē trā
seant intemerata permaneant : ac si aliquod delicti irrep
serit : celere penitudine deleatur Et quia antiquorum mor
borum diuicilis et tarda curatio est .tanto uelocius adhibe
antur remedia : quanto recentiora sunt uulnera . ut sem
per ab omnibus offensionibus in integrum resurgentes
ad illam incorruptibilem glorificandę carnis resurrectionē
peruenire mereamur in Christo Ihesu domino nostro : Qui
uiuuit et regnat cū patre et spiritu sancto in secula seculo
rum Amen :

De eodem Sermo Secundus

Optum quidem dilectissimi paschale sacramentum
euangelica nobis narratio presentauit et ita per au
rem carnis penetratus est mentis auditus : ut nemini nos
trum rerum gestarum imago defuerit . cum diuinitus inspi
rate textus historie euidenter essenderit : qua dominus
Ihesus Christus impietate traditus quo iudicio adductus
qua seuitia crucifixus et qua sit gloria suscitatus Sed ad
sciendum est etiam nostri sermonis officium ut sicut pia ex

predicatione deponere nos consuetudinis debitū sentio: ita sol
lemnitati sacratissime lectionis subiungatur exhortatio
sacerdotis Quia igitur apud fideles aures ignorantie loc⁹
non est. semen uerbi q̄ est in predicatione euangelii debet
in terra nostri cordis augeri: ut remotis subocationib⁹ spia
rum ac tribulorum libera in fructus suos exeat plāta
ria piorum sensuum et rectarū germina uoluntatū Crux
enim Christi saluandis est impensa mortalibus et sacramē
tum est et exemplum Sacramentum quo uirtus impletur
diuina Exemplum quo deuotio incitatur humana: quoniam
captiuitatis iugo etutis etiam hoc prestat redemptio. ut
eam sequi possit imitatio Nam si mundana sapientia ita in
suis gloriatur erroribus: ut quem sibi quisq̄ ducem elege
rit: eius opiniones et mores atq̄ omnia instituta sectetur
que uobis erit communio nominis Christi: nisi ut ei inse
parabiliter uniamur: qui est ut ipse insinuauit uia ueritas
et uita Via scilicet conuersationis sancte. ueritas doctrine
diuine. et uita beatitudinis sempiternae Collapsi enim in pa
rētibus primis humani generis plenitudine ita misericors
Deus creature ad imaginem suam facte per unigenitum
suum Ihesum Christum uoluit subuenire ut nec extra na
turam esset reparatio nature et ultra pprie originis dig
nitatem proficeret secunda condicio. felix si ab eo nō de
sideret quod deus fecit. felicior si in eo maneret quod re
fecit Multum fuit a Christo recepisse formam. sed plus ē
in Christo habere substantiam Suscepit enim nos suam p
prietatē illa natura que nec nostris sua nec suis nostra cō
sumeret quo ita unam in se fecit deitatis humanitatilq̄ p
sonam: ut sub dispensatione infirmatum atq̄ uirtutum nec
caro per diuinitatem inuiolabilis nec diuinitas p carnem
posset esse possibilis Suscepit nos illa natura que et propa
ginem nostri generis a communi tramite non abrumperet
. Et contiguam peccati in omnes homines transeuntis
excluderet Infirmitas sane atq̄ mortalitas que peccatū pō
erant. sed pena peccati a redemptore mundi recepta sunt
ad supplicium ut impenderentur ad precium Quod ergo in omi
bus hominibus transfusio fuit damnationis: hoc in xpō sa

105
tramentum est pietatis. prebuit enim se crudelissimo ex
actori libera debito & ministras diaboli iudicis manus in
cruciatum: immaculate carnis admisit Quis ideo usq; ad
celerrimam resurrectionem uoluit esse mortalem. ut cre
dentibus in eum nec persecutio insuperabilis nec mors pos
set esse terribilis. cum ita dubitandum non esset de con
sortio glorie: sicut dubitandum non erat de comunione
nature Si incontanter itaq; dilectissimum corde credim? quod
ore confitemur: nos in Christo crucifixi nos sum? mortui
nos sepulti nos etiam die tertia suscitati Unde Apostolus di
cit Si conuressistis cum xpo: que sursum sunt querite:
ubi xps est in dextera dei sedens. que sursum sunt sapite nō
que super terrā mortui enim estis: & uita uestra abscondita
est cū xpo in deo. cū enī xps apparuerit uita uestra tūc & uos
apparebitis cū xpo in gloria Ut autem nouerint corda fili
orum habere se unde ad supernam sapientiam spretis mun
di cupiditatibus ualeant eleuari. spondet nobis dominus p
sentiam suam dicens Ecce ego uobiscum sum omnibus di
ebus usq; ad consumationem seculi Non enim frustra per
Ysaia dixerat Spiritus sanctus: ecce uirgo in utero con
cipiet. et pariet filium et uocabitur nomen eius Emanuel
quod est interpretatum nobiscum deus Implet ergo Ihesus
proprietas nominis sui: et qui ascendit in celos non de
lerit adoptatos qui sedet ad dexteram patris. idem totius
habitor est corporis et ipse deorsum confortat ad paciē
tiam: qui sursum inuitat ad gloriam Nec inter uana igitur
nobis decipiendum est: nec inter aduersa trepidandū ibi qui
de blandiuntur deceptions & hic grauescunt labores Sed
quia misericordia domini plena est terra: adest nobis utiq;
uictoria ut impleatur quod ait Nolite timere quia ego uici
mundum Siue ergo contra ambitionem seculi siue contra
concupiscencias carnis siue contra hereticorum iacula dimi
cemus: dominica cruce semper armemur Nec enim unq; a
paschali festo recedimus si a fermento malicie ueteris ab
stinemus Inter omnes namq; uite huius uarietates que di
uersarum plene sunt passionum. apostolice exhortationis
meminisse debemus: qua nos instruit dicens Hoc sentite in

nobis quod et in Christo Ihesu qui cum in forma dei esset
nō rapinā arbitrat⁹ esse se equalem deo sed semetipsum
exinanivit formā serui accipies in similitudinē hominum
fact⁹ ē. et habitu inuentus ut homo: humiliavit semetipsum
factus obediens usq; ad mortem mortē autē crucis. propter
quod et dominus exaltauit illum: et donauit illi nomē qđ
ē sup omne nomē: ut in nomine Ihesu omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernoy: et omnis lingua cōfite
atur quin dominus Ihesus Christus in gloria ē dei patris
Si magne iquit pietatis sacramentum intelligitis: et quod
pro salute humani generis unigenit⁹ dei filius gessit: aduer
titis. Hoc sentite in uobis: quod et in Christo Ihu cuius hu
militas nulli aspernanda diuturni nulli ē erubescenda no
bilitas. Nec enim in tantum puehi potest quelibet felicitas
humana fastidium: ut estimet sibi pudendum: quod manens
deus in forma dei deus non ē arbitratus indignum. Imi
tamini quod operat⁹ ē. diligite quod dilexit. et inuenietis
in uobis dei gratiam. Vestram in illo reclamare naturam
quoniā sicut ille paupertate diuitias non amisit: gloriam hu
militate non minuit: eternitatem morte non pōdidit. Ita
et uos eisdem gradibus eisdem uestigiis ut celestia appre
hendatis terrena despiciat. Suscepit enim crucis ē inter
fectio cupiditatum. occisio uiciorum declinatio uanitatis
et abdicatio omnis erroris. Nam cum pascha domini non im
pudicus non luxuriosus non superbus celebrat: non avarus
nulli tamen ab hac seduitate longius qđ heretici separau
tur maximeq; illi . qui de uerbi incarnatione male senti
unt aut minuendo quod ē deitatis aut euacuando quod
ē carnis. Verus enim deus ē filius dei. totum habens
ex patre: quod ē nullo exordio temporalis ulla uari
etate mutabilis nec ab uno diuisus nec ab omnipotēte di
uersus sēpiterni genitoris unigenitus sempitern⁹ ut mēs
fidelis credens in patrem et filium et spiritum sanctum
in eandem unius deitatis essentiam nec unitatem gradib⁹
diuidat nec trinitatem singularitate confundat. Non autē
sufficit dei filium in sola patris noīe natura nisi eum nō re
cedentem a propriis cognoscamus in nostris. Exinanitio

106
enim illa quam reparationi impendit humane dispensatio
fuit miserationis non privatio potestatis Nam cum ex eter
no consilio dei non esset aliud nomen sub celo datum homi
nibus in quo oporteat saluos fieri invisibilis visibilem in
temporalis temporalem impassibilis passibile substantia sua
fecit non ut virtus deficeret in infirmitate sed ut infirmi
tas in incorruptibilem posset transire virtute. Propter quod
ipsa festivitas que a nobis pascha nominatur apud hebre
os phase id est transitus dicitur attestante evangelista at
que dicente Ante diem festum pasche sciens Ihesus quia ve
nit hora eius ut transiret ex hoc mundo ad patrem Cuius
autem nature futurus erat transitus ille nisi nostre cum
inseparabiliter : Et pater in filio . Et filius esset in pa
tre Sed quia verbum et caro una persona est non dividi
tur a suscipiente susceptum et honor prouehendi prouehē
tis nominatur augmentum dicente apostolo quod iam com
memorauimus Propter quod et deus exaltauit illum et
dedit illi nomen quod est super omne nomen In quo utique
assumpti hominis exaltatio commendatur ut in cuius passi
onibus manet deitas indivisibilis Idem coeternus sit in
gloria deitatis Ad hanc participationem ineffabilis numeris
beatum transitum fidelibus suis ipse dominus preparabit
cum instanti iam proximus passioni non solum pro aposto
lis suis atque discipulis sed etiam pro universa ecclesia suppli
casset et diceret Non pro his autem rogo tantum sed pro
his etiam qui credituri sunt per verbum ipsorum in me ut
omnes unum sint : sicut et tu pater in me : et ego in te
ut et ipsi in nobis unum sint cuius unitatis nullum potu
erunt habere consortium : qui in dei filio deo vero huma
nam negant manere naturam Impugnatores salutiferi sa
cramenti . et paschalis festi exules Quod quia ab euange
lio dissentiant et symbolo contradicunt nobiscum celebra
re non possunt quia et si audent sibi Christianum nomen
assumere ab omni tamen natura cui Prius caput est : re
pelluntur : nobis in hanc sollemnitate merito exultantibus
piis gaudentibus qui nullum recipientes in veritate me
dium nec de nativitate christi secundum carnem nec de passa

one et morte nec de corporali resurrectione eius ambigi-
tis. quoniam sine ulla seperacione deitatis uerum Christū
ab utero uirginis. uerum in ligno crucis. uerum in sepul-
chro carnis. uerum in gloria resurrectionis. uerum in
dextera paterne maiestatis agnoscitis: Vnde etiam sicut
Apostulus ait: Expectamus saluatorem dominum nostrū
Ihesum Christum qui reformabit corp⁹ nostrę humilitatis
rōforme fieri corpori glorie sue: Qui uiuit et regnat in
secula seculorum Amen

Item Leonis pape Sermo de Ascensione domini Primus

O beatam et gloriosam resurrectionem domini
nostrī Ihesu xpi qua uerum dei tēplū iudaica im-
pietate resolutum. diuina in triduo potēcia suscitauit: qua
dragenari⁹ hodie dilectissimi sanctorum dierū expletus est
numerus? sacratissima ordinacōne dispositus: et ad utilitatē
nostrę erudicionis impensus. ut dum a domino in hoc spa-
cio mora presentie corporalia extenditur: fides resurrec-
tionis documentis necessariis muniretur. Mors enim xpi
multorum discipulorum corda turbauerat. et de supplicio
crucis de emissionē spiritus de examinati corporis sepultu-
ra grauatis mediūtudine mentibus. Quidem diffidencie
torper obreplerat. Nam cum laude mulieres sicut euāge-
lica pandit historia reuolutum a monumento lapidem et
sepulchrū corpore uacuum et uiuentis domini testes ange-
los nunciarent. uerba eorum apostolis alijsq; discipulis deli-
ramentis similia uidebantur. Quam utiq; hesitacionē hu-
mana infirmitate nutantē nequaquā permisisset spiritus ue-
ritatis predicatorum suorū inesse pectoribus. nisi illa tre-
pida sollicitudo. et curiosa cautatio nostrę fidei fundamē-
ta iecissent. Nostris igitur perturbacionibus nostris peri-
culis in apostolis consulebatur. Nos in illis uiris cōtra ca-
lumnias impiorum. et contra terrene argumenta sapiēcie
docebamur. Nos illorum instruxit aspectus. nos erudit
auditus. nos confirmauit affectus. gratias agam⁹ diuine
dispensacioni. et sanctorum patrum necessarie tarditati.

107

dubitatum est ab illis : ne dubitaretur a nobis . Non ergo
 hy dies dilectissimi qui inter resurrectionem domini as-
 censionemq fluxerunt: ocioso transire decursu . sed mag-
 na in eis confirmata sacramenta magna sunt reuoluta
 mysteria In hys metus dire mortis aufertur . et non so-
 lum anime sed etiam carnis immortalitas declaratur In
 hys per inflationem domini infunditur apostolis omnibus
 spiritus sanctus . Et beato apostolo Petro supra ceteros
 post regni clauis ouilis dominici cura mandatur : In hys
 diebus duobus discipulis . tercius in uia dominus iungitur
 comes . et ad omnem nostre ambiguitatis caliginem deter-
 gendam pauentium ac trepidantium tarditas increpatur
 flammam fidei illuminata corda concipiunt . et que erant
 trepida : referante scripturas domino efficiuntur arden-
 tia In fractione quoq panis conuescencium apperuntur ob-
 tutus . multo felicius eorum oculis patefactis quibus natu-
 re sue manifestata est glorificatio . q illorum generis no-
 stri principum . quibus preuentionis sue est ingesta con-
 fusio Inter hec autem aliag miracula cum discipuli trepi-
 dis cogitationib? essuarent : et apparuisset in medio eoru
 dominus : dixissetq pax uobis : ne hoc remaneret in eoru
 opinioibus q uolebatur in cordibus . putabant enim se spi-
 ritum uidere non carnem . redarguit cogitationes a uerita-
 te discordes ingerit dubitantium oculis manentis in mani-
 bus suis et pedibus crucis signa . et ut diligentius perirac-
 tetur inuitat Quia ad sananda infidelium cordium uulne-
 ra : clauorum et lancee erant seruata uestigia ut no dubia
 fide sed constantissima sciencia tenerent ea natura in dei
 patris confessoru throno : que iacuerat in sepulchro . Per
 omne ergo hoc tempus dilectissimi quod inter resurrectio-
 nem et ascensionem domini exactum est : hoc prouidencia
 dei curauit . hoc docuit . hoc suorum et oculis insinuauit
 et cordibus : ut dominus Ihesus uere agnosceretur resus-
 citatus . qui uere erat natus . et passus . et mortuus . Vnde
 beatissimi Apostoli omnesq discipuli qui e de exitu crucis
 fuerant trepidi . et de fide resurrectionis ambigui . ita sunt
 in ueritate prospicua roborati : ut domino in celorum eun

te sublimia: non solum nulla afficerentur frigida, sed etiam
magno gaudio replerentur: Et reuera magna erat et in-
effabilis causa gaudendi, cum in conspectu sancte multitu-
dinis super omnium creaturarum celestium dignitatem hu-
mani generis natura conscenderet supergressura angelicos
ordines: et ultra archangelorum altitudines eleuanda, nec ulli
sublimitatibus modum sue prouectionis habitura: nisi,
eterni patris recepta consensu: illius glorie associaretur
in throno cuius nature copulabatur in filio: Quia igitur
Christi ascensio nostra est prouectio, et quo processit glo-
ria capitis eo spes uocatur et corporis. Dignis dilectissimi
exultemus gaudiis: et pia gratiarum actione letemur: Ho-
die enim non solum paradisi possessores firmati sumus:
sed etiam celorum in Christo superna penetrauimus, am-
pliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per di-
aboli amiseramus inuidiam: Nam quos uirulentus inimicus
primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi incorporatos
dei filius ad dexteram patris collocauit, cum quo uiuit et
regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula se-
culorum Amen

De Eodem Sermo Secundus

sacramentum dilectissimi salutis nostre quod precio
sanguinis sui uniuersitatis conditor estimauit a die
corporalis ortus usque ad exitum passionis per dispensacio-
nem humilitatis impletum est. Et licet multa etiam in
forma serui diuinitatis signa radiarunt, proprie tamen
illius temporis actio ad demonstrandam suscepti hominis
pertinuit ueritatem: Post passionem uero ruptis mortis un-
culis que uim suam in eum qui peccati erat nescius, inten-
dendo perdiderat, infirmitas in uirtutem mortalitatis in im-
mortalitatem contumelia transiit in gloriam quam domi-
nus Ihesus Christus in multis manifestisq; documentis uir-
torum declarauit aspectibus donec triumphum uictorie
quem reportarat a mortuis: inferret et celis: Sicut er-
go in sollempnitate paschali resurrectionis domini fuit no-
bis causa letandi, ita ascensio eius ad celos presentium

nobis est materia gaudiorum. recoleantibus illam diem et
 rite uenerantibus qua nature nostre humilitas in Christo
 super omnem celi miliciam supra omnes ordines angelo-
 rum et ultra omnium altitudinem potestatum ad dei patris
 est prouecta confestim Quo ordine operum diuinorum nos
 fundati sumus: ut mirabilior fieret gratia dei: cum re-
 motis a conspectu hominum que merito reuerentiam sui
 sentiebantur indicere. fides non diffideret. spes non fluc-
 tuaret. caritas non tepesceret: Magnarum enim hic uigor
 est mendum: et ualde fidelium hoc lumen est animorum
 incontanter credere que corporeo non uidentur intuitu.
 et ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum
 Hec autem pietas unde in nostris cordibus nasceretur. aut
 quomodo quisque iustificaretur per fidem. si in his tantum
 salus nostra consisteret. que obtutibus subiacerent. Unde
 et illi uero qui de resurrectione Christi uidebatur ambige-
 re: nisi in ipsius carne uestigia passionis et uisu explorasset
 et tactu: quia uidisti me inquit credidisti. beati qui non
 uiderunt: et crediderunt. Ut igitur huius beatitudinis
 dilectissimi capaces esse possemus: expletis omnibus que
 euangelice predicationi et noui testamenti mysteriis con-
 gruebant: dominus noster Ihesus Christus quadragesimo
 post resurrectionem die coram discipulis eleuatus in celum
 corporali presentie sue modum fecit. mansurus in patris
 dextera donec tempora multiplicandis ecclesie filiis presu-
 tata peragantur. et ad iudicandos uiuos et mortuos in ea-
 dem carne in qua ascendit adueniat. Quod itaque redempto-
 ris nostri conspicium fuit: in sacramenta transiuit. et ut
 fides excellencior esset ac firmior: uisioni doctrina succes-
 sit cuius auctoritatem supernis illuminata radiis creden-
 tium corda sequerentur: Hanc fidem ascensione domini audiam
 et spiritus sancti munere roboratam non uincula non carce-
 res non exilia non fames non ignis non laniatus ferarum nec
 exquisita persequencium crudelitatibus supplicia terrue-
 runt. Pro hac fide per uniuersum mundum non solum uiri
 sed etiam femine nec tantum impubes pueri sed etiam tene-
 re uirgines usque ad effusionem sui sanguinis decertarunt

Hec fides demonia eiecit egritudines depulit mortuos su-
critauit : Unde et ipsi beati apostoli qui tot miraculis cō-
firmati tot sermonib⁹ eruditi . et atrocitate dominice
passionis expauerant : et ueritatem resurrectionis eius nō
sine hesitatione susceperant : tantum de ascensione domi-
ni p̄fererunt : ut quicquid illis prius intulerat metum . uer-
teretur in gaudium . Totam enim contemplationem animi
in diuinitatem ad patris dexteram consedentis erexerāt
nec iam corporee uisionis tardabantur obiectu quo minus
in id aciem mentis intenderent : quod nec a patre descē-
dendo abfuerat . nec a discipulis ascendendo discesserat :
Tunc igitur dilectissimi filius hominis dei filius excellen-
tius sacratiusq; innotuit . cum in paterne maiestatis gloriā
se recepit . et ineffabili modo cepit esse diuinitate p̄fēciore
qui factus est humanitate longinquior : Tunc ad equalem
patri filium erudicior fides gressu cepit mentis accedere
et cōtredatione in Christo corporee substantie que patre
minor est . non egere : quoniam glorificati corporis manē-
te natura eo fides credencium uocabatur : ubi non carnali
manu sed spiritali intellectu par genitori unigenitus tan-
geretur : Hinc illud est : q̄ post resurrectionem dominus
Marie Magdalene personam Ecclesie gerenti cum ad cō-
tactum ipsius properaret : dicit . noli me tangere : non
dum enim ascendi ad patrem meum . hoc est nolo q̄ ad
me corporaliter uenias : nec ut me sensu carnis agnoscas
ad sublimiora te differo maiora tibi preparo . cum ad patrē
ascendero tunc me p̄fēctius ueriusq; palpabis apprehē-
tura q̄ non tangis . et creditura q̄ non cernis . cum autē
ascendentem ad celos dominum sequates apostolorū ocu-
li intenta admiracōne suspicerent : Assiterunt corā ipsis
angeli duo mirabili uestium candore fulgentes qui et di-
xerunt : uiri Galilei quid statis aspicientes in celum : hic
Ihesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet . quē
admodum uidistis eum euntem in celum . Quibus uerbis
omnes ecclesie filii docebantur : ut Ihesus Christus in ea-
dem qua ascenderat carne uenturus uisibilis crederetur
nec posset ambigi omnia illi esse subiecta . cui ab ipso cor

109

porree natiuitatis exordio famulatus seruisset Angelicus
 Sicut enim concipiendum Christum de spiritu sancto bea
 te uirgini angelus nunciauit: sic et editum de uirgine uox
 celestium pastoribus cecinit. sicut resurrexisse a mortuis
 supernorum nuntiorum prima testimonia docuerunt. sic
 ad iudicandum mundum in ipsa carne uenturum angelorum
 officia predicarunt. ut intelligeremus quante potestates
 sint salutis iudicaturae: cui tante ministrarunt etiam iu
 dicando: Exultemus ergo dilectissimi gaudio spiritali et
 digna apud dominum gratiarum actione letantes liberos cor
 dis oculos ad illam altitudinem in qua Christus est: eriga
 mus Sursum uocatos animos desideria terrena non de
 primant. ad eterna preelectos peritura non occupent. ui
 am ueritatis ingressos fallaces illecebre non retardent.
 et ita a fidelibus hec temporalia decurratur. ut peregrinari
 se in hac mundi ualle cognoscant. in qua etiam si commoda
 blandiantur non amplectenda nequiter. sed transeunda sunt
 fortiter. Ad hanc enim nos deuotionem beatissimus Petrus
 Apostolus incitat. et secundam illam dilectionem quam pas
 cendis Christi quibus trina dominici amoris professione
 concepit obsecrans dicit: Carissimi obsecro uos. tanquam adue
 nas et peregrinos abstinere uos a carnalibus desideriis
 que militant aduersus animam: Cum autem uisi diaboli
 carnales militant uoluptates: qui animas ad superna ten
 dentes corruptibilium honorum delectationibus obligare
 et ab illis sedibus de quibus ille excidit. gaudet abducere
 Contra huius insidias sapienter debet fidelis quisque uigi
 lare. ut et inimicum suum de eo quod temptatur elidere possit
 nichil autem ualidius est dilectissimi contra diaboli dolos:
 quam benignitas misericordie et largitas caritatis: per quam
 omne peccatum aut declinatur: aut uincitur: Sed huius
 sublimitas uirtutis non prius apprehenditur: quam illud quod ei
 contrarium est subruatur. Quid autem tam inimicum mi
 sericordie et operibus caritatis: quam auaricia. de cuius ra
 dice omnium malorum germen emerfit: Que nisi in suis
 comitibus euitetur: necesse est ut in agro cordis illius in
 quo huius mali planta conualuit: spine potius tribulique ui

eiorum .q̄ ullum uere uirtutis semen oriatur : Relin-
mus ergo dilectissimi tam peccato malo .et caritate sine
qua nulla uirtus potest emittere .lectemur et per hanc qua
ad nos Christus descendit .dilectionis uiam etiam nos ad
ipsum possimus ascendere : cui est cum deo patre et sancto
spiritu honor et gloria in secula seculorum Amen .

Item Leonis pape de ieiunio
Penthecostes Sermo Primus

Odieram sollemnitatem dilectissimi in pre-
cipuis festis esse uenerandam : omnium ca-
tholicorum corda cognoscunt : Nec dubium
est quanta huic dei reuerencia debeatur
quem spiritus sanctus excellentissimo
sui muneris miraculo consecrauit : Nam ab
illo die quo dominus super omnem celorum altitudinem ad
dexteram dei confessorus ascendit : decimus ille est : qui ab
eiusdem resurrectione quinquagesimus nobis in eo a quo
cepit illuxit magna mysteria in se continens et ueterum
sacramentorum et nouorum : quibus manifestissime decla-
ratur et gratiam preannunciatam esse per legem : et legem
impletam fuisse per gratiam Sicut enim hebreo quondam po-
pulo ab egiptiis liberato quinquagesimo die post immolati-
onem agni lex data est in monte syna . ita post passionem
qua uerus dei agnus occisus est . quinquagesimo a resurrexi-
onis eius die . in Apostolos plebemq̄ credentium spiritus
sanctus elapsus est facile diligens Christianus agnoscat in uie-
teris testamenti euangelicis ministrasse principiis et ab
eodem spiritu conditum sed a quo primum fuerat institutum
Nam sicut testatur historia : Cum compleretur dies pen-
thecostes : essent omnes discipuli pariter in eodem loco .
factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehe-
mentis : et repleuit totam domum . ubi erant sedentes
et apparuerunt illis dispersite lingue tanquam ignis sedens su-
pra singulos eorum : et repleti sunt omnes spiritu san-

Et: et ceperunt loqui variis linguis prout Spiritus sanctus
 dabat eloqui illis. O quam velox est sermo sapientie: ubi des
 magister est cito discitur: quod docetur. Non est adhibi
 ta interpretatio ad audiendum. non consuetudo ad usum
 non tempus ad studium sed spirante ubi voluit Spiritu ve
 ritatis. proprie singularum gentium voces facte sunt in
 ecclesie ore communes. Ab hoc igitur die charismatum hym
 nes flumina benedictionum. omne desertum. et universa
 aridam rigauerunt: quoniam ad renouandam faciem ter
 re Spiritus dei ferebatur super aquas. et ad ueteres tene
 bras abigendas noue lucis fulgura coruscabant. cum mira
 tum splendore liquorum. et uerbum domini lucidum et elo
 quium conciperetur ignitum cui ad creandum intellectum
 consumendumque: peccatum et efficaciam illuminandi et uis
 inesset utendi: Quamuis autem dilectissimi ualde fuerit
 ipsa rei geste forma mirabilis nec dubium sit in illo omnium
 humanarum uocum exultante concentu maiestatem Spi
 ritus sancti fuisse presentem. Nemo tamen existimet in
 his que corporis uisus sunt oculis diuinam eius apparuisse
 substantiam. siatura inuisibilis et patri filioque communis qua
 litatem muneris atque operis sui qua uoluit significatione
 monstrauit proprietatem uero essentie sue in sua deitate
 continuit: quia sicut nec patrem nec filium ita nec Spiritum
 sanctum humanus potest uisus attingere: In trinitate enim
 diuina nichil dissimile nichil impar est. et omnia que de il
 la possunt substantia cogitari nec uirtute nec gloria nec
 eternitate discreta sunt. Cumque in personarum propieta
 tibus alius sit pater alius sit filius alius Spiritus sanctus
 non tamen alia deitas nec diuersa natura est. Siquidem
 cum et de patre sit filius unigenitus: et Spiritus patris fi
 lius sit Spiritus non sicut quercumque creatura que et patris
 et filii est sed sicut cum utroque uiuens et potens et semper
 uis et ex eo quod est pater filiusque subsistens: Unde cum
 dominus ante passionis sue diem discipulis suis sancti Spi
 ritus sponderet aduentum: Adhuc inquit multa habeo uobis
 dicere. sed non potestis modo illa portare. cum autem ue
 nerit ille Spiritus ueritatis diriget uos in omnem uerita

tem non enim loquetur a semetipso . sed quicumq; audi
et loquetur . et futura annuntiabit uobis Omnia que habet
pater mea sunt propterea dixi quia accipiet de meo . et
annuntiabit uobis non ergo alia sunt patris . alia filii alia
spiritus sancti . Sed omnia quicumq; habet pater habet &
filius . habet et spiritus sanctus . Nec unq; in illa trinitate
non fuit illa communio : Quia hoc est ibi omnia habere q;
semper existeret . nulla ibi tempora : nulli gradus . nulle
differentie cogitentur : ut si de eo nemo potest explicare q;
est . nemo audeat confirmare q; non est . Excusabili? enim est
de natura ineffabili non loqui digna : q; definire contraria
Quicquid itaq; de sempiterna & ineffabili gloria patris pia
possunt corda concipere : hoc simul et de filio et de spiri
tu sancto inlegabiliter atq; indifferenter intelligant Ideo
enim hanc beatam trinitatem unum confitemur deum .
quia in hys tribus personis nec substantie nec potentie nec
voluntatis nec operationis est ulla diversitas . Sicut ergo
detestamur arrianos qui inter patrem & filium aliquam vo
lunt esse distantiam : Ita etiam Macedonianos pariter de
testamur : qui licet patri et filio tribuant equalitatem :
spiritum tamen sanctum inferioris putant esse nature :
non considerantes in eam blasphemiam se incidere . que
neq; in presenti seculo neq; in futuro sit remittenda iudi
cio dicente domino : Quicumq; dixerit uerbum contra fi
lium hominis remittetur ei . qui autem dixerit contra spi
ritum sanctum . non dimittetur ei . neq; in hoc seculo neq;
in futuro Permanens itaq; in hac impietate siue uenia est
quia exclusit eu a se : per quem poterat cōfiteri Nec un
quam peruenit ad indulgentie remediū : qui patrocinatur
sibi nō habet aduocatū Ab ipso enī est aduocatio patris ab
ipso sunt lacrimae . ab ipso sunt gemitus supplicantium Et ne
mo potest dicere dominum Ihesum nisi in spiritu sancto
cuius equalem cum patre et filio omnipotentiam unamq; de
itatem evidentissime predicat Apostolus dicens . diuisiones
autem gratiarum sunt . idē autem spiritus : et diuisiones
ministracionum sunt . idē autem dominus Et diuisiones
opacōnum sunt . idē uero deus qui opatur omnia in oib;

111
His dilectissimi aliisque documentis quibus innumerabilis
diuinorum eloquiorum coruscat autoritas: ad ueneratio-
nem pentecostes unanimiter incitemur. exultantes in ho-
norem sancti spiritus: per quem omnis Ecclesia catholi-
ca sanctificatur. omnis anima rationalis imbuitur. Cui
inspirator fidei doctor scientie fons dilectionis signaculum
castitatis totius est causa uirtutis. Gaudeant fidelium men-
tes quod in toto mundo unus deus pater et filius et spiritus
sanctus omnium linguarum confessione laudatur. Quodque il-
la significatio que in specie ignis apparuit et opere perse-
uerat et munere. Ipse enim spiritus ueritatis facit domum
glorie luminis sui nitore fulgere: Et in templo suo nec te-
nebrosum aliquid nult esse. nec tepidum de qua ope atque
doctrina etiam ieiuniorum nobis atque elemosinarum est col-
lata purgatio. Nam hunc venerabilem diem sequitur salu-
berrime obseruantie consuetudo. quam utilissimam sibi om-
nes sancti semper experti sunt. et ad quam sedulo cele-
brandam pastoralis nos sollicitudine cohortamur. ut si quid
maculatum proximis diebus negligentia incauta contra-
xerit id et ieiunii censura castiget. et deuotio pietatis
emendet: quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabba-
to autem in idipsum consueta deuotione uigilias celebremus.
Per Christum dominum nostrum Amen

De eodem Sermo secundus

Lenissime quidem nobis dilectissimi causam atque
rationem sollempnitatis hodiernae diuinorum elo-
quiorum textus ostendit. quo sanctum spiritum quingua-
gesimo post domini resurrectionem die qui ab ascensione
eius decimus est infusum Christi discipulis sicut promissus
sperabatur agnouimus. Sed ad novos Ecclesie filios instru-
endos addendum est etiam nostri sermonis obsequium non
enim timeamus ut spirituales et eruditi uota fastidiant. ad
quorum fructum pertinet ut plurimis insinuari uelint
quod ipsi cum magna sui utilitate didicerunt. fiat ergo per
corda hominum dispensatio munerum diuinorum et serui

tutem oris nostri docti indoctis non spernant illi ut p
bent se amare q norunt illi ut ouendant se desiderare ;
q nesciunt Huic etiam preparationi uestre aderit ipsius
largitas: de cuius loqui maiestate gessimus: ut ad profectu
totius ecclesie et nos capaces et nos faciat abundantes.
Cum igitur ad intelligendam dignitatem spiritus sancti
arrem mentis intendimus. nichil diuersum ab excellencia
patris et filii cogitemus: quia in nullo ab unitate sua dis
crepat diuinitatis essentia. Sempiternum est patri consen
piterni sibi filii sui esse genitorem: Sempiternum est fi
lio intemperaliter a patre esse progenitum: Sempiternum
quoq est spiritui sancto spiritum esse patris et filii et nun
q pater sine filio nunq filius sine patre nunq pater et fi
lius fuerunt sine spiritu sancto: et omnibus existentie gra
dibus exclusis nulla ibi persona sit anterior: nulla posteri
or. Quis enim beate trinitatis et incommutabilis deita
tis una est substantia indiuisa in opere: et concors in vo
luntate . Par in omnipotencia equalis in gloria de qua
tum sancta scriptura sic loquitur: ut aut in factis aut in
uerbis aliquid assignet. q singulis uideatur conuenire per
sonis: no perturbatur fides catholica: sed docetur. ut p p
prietatem aut uocis aut operis insinuetur nobis ueritas
trinitatis et non diuidat intellectus: q distinguit audit?
Ob hoc enim quedam sine sub patris sine sub filii sine sub
spiritus sancti appellatione promuntur: ut confessio crede
rim in trinitate non erret. que cum sit inseparabilis: nun
q intelligeretur esse trinitas. si semp inseparabiliter diceretur
Bene ergo ipsa difficultas loquendi cor nostrum ad intel
ligenciam trahit & per infirmitatem nostram celestis doe
trina nos adiuuat: ut quia in deitate patris et filii & spi
ritus sancti nec singularitas est. nec diuersitas cogitanda .
uera unitas et uera trinitas possit simul aliquatenus men
te sentiri. sed non possit simul ore proferri fundata igitur
in cordibus nostris dilectissimi fide qua salubriter cre
mus: q simul tota trinitas una uirtus est: una maiestas.
una substantia: indiscreta opere inseparabilis dilectione
indifferens potestate. simul implens omnia simul continens

uniuersa. Quod enim est pater : hoc est et filius hoc est et
 spiritus sanctus . et uera ueritas in nullo esse aut minor
 aut maior potest : que sic in tribus constituta est persona
 ut et solitudinem non recipiat trinitas : et unitate seruet
 equalitas. Hec in qua dilectissimi fratres fide firmiter ap
 prehensa non ambigamus qd cum in die pentecostes discipu
 lus domini spiritus sanctus impleuit . non fuit inchoatio
 muneris : sed adiectio largitatis . quoniam et Patriarche
 et prophete et sacerdotes omnesq; sancti qui prioribus fu
 ere temporibus . eiusdem sunt spiritus sancti sanctificatione
 uergetati . et sine hac gratia nulla unq; instituta sacramenta
 nulla sunt celebrata misteria . ut eadem semper fuerit uir
 tus carismatum : quam uis non eadem fuerit mensura do
 norum : Ipsi quoq; . Apostoli ante passionem domini spiri
 tu scdo no carebat . nec potentia h9 uirtutis no aberat ab
 operibus saluatoris . et cu discipulis daret infirmitatum cu
 rationem : et eiciendorum demonum potestatem eius ita
 q; spiritus largiebatur effectum in quo ipsum immundis
 spiritibus imperantem iudeorum negabat impietas et di
 uina beneficia diabolo deputabat . Unde taliter blasphe
 mantes merito illam domini excepere sententia : qua ait
 Omne peccatum & blasphemiam remittetur hominibus Et
 quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis : remitte
 tur ei qui autem dixerit contra spiritum sanctum no re
 mittetur ei neq; hic neq; i futuro : Unde manifestu e peccato
 rum remissionem sine spiritus sancti aduocatione non fi
 eri . neq; quib; sine illo sicut expedit . ingemiscere aut si
 cut oportet orare dicente Apostolo . Quid enim oramus
 nescimus sed spiritus postulat p nobis genitibus inenar
 rabilius Et nemo potest dicere dominum . Ihesum nisi in
 spiritu sancto . quo uacuari nimis excruciale est nimisq; mor
 tiferum . quia unq; ueniam meretur : qui ab intercessore
 deseritur . Omnes igitur dilectissimi qui in dominu Jhe
 sum crediderant . infusum sibi habebant spiritum sanctum
 et remittendoru peccatorum iam tunc apostoli acceperat
 potestatem . quando post resurrectionem suam dominus in
 sufflauit . et dixit . Accipite spiritum sanctum . quorum re

miseritis peccata remittuntur eis. Sed illi perfectioni que
erat discipulis conferenda. maior gracia et abundantior
inspiratio seruabatur. per quam et que nōdum acceperāt
sunt erent et excellentius possent habere que sumplerant
propter q̄ dominus dicebat. Adhuc multa habeo uobis dice
re: sed non potestis illa portare modo. Cum autem uene
rit spiritus ueritatis: ille diriget uos in omnem ueritatē
Nō enim loquetur a semetipso: sed que audierit: loquetur
et futura annuntiabit uobis. Ille me clarificabit quia de
meo accipiet. et annuntiabit uobis: Quid ergo est: q̄ do
minus promittens discipulis spiritū sanctū qui iā dixerat om
nia que audiui a patre nota fieri uobis adhuc iquit multa
habeo uobis dicere: Sed non potestis portare modo. Cum
uenerit ille spūs ueritatis: ille uos diriget in omē ueritatē
nūquit se se dñs ueritatis inferioris sciēcie uolebat itelligi
aut minus aliquid q̄ spiritum a patre didicisse: cum ipse sit
ueritas: et nichil pater dicere. nichil spiritus possit dicere
sine uerbo. Idcirco dictū sit de meo accipiet qui quod acci
pit spiritus patre dante dat filius. Non itaq̄ alia erat in
sinuāda ueritas: nec alia p̄dicanda doctrina. sed oportebat
capacitatem eorū qui docebantur augeri: et multiplicari cō
stantiam illius caritatis que omnem formidīnē foras mit
teret. Quod utiq̄ Apostoli postea q̄ spiritus sancti noua abū
dantia sunt repleti. ardentius uelle et efficacius posse re
perunt. proficientes a preceptorum sciēcia ad tolleran
tiam passionū: ut sub nulla iam potestate trepidantes fluc
tus seculi et elaciones mundi fide supergrediente calca
rent et morte contempta omnibus gentibus euangelium
ueritatis inferrent. Quod uero addidit dominus dicens:
Quicumq̄ audierit loquetur. et futura annuntiabit uobis.
Non sequi intellectu dilectissimi nec transitorio accipia
mus auditu. Preter alias enim ueritatis locutiones quib⁹
manicheorum confutatur impietas hac apertissima sentē
tia totum sacrilege falsitatis dogma prostrernitur: Cuius
discipuli magnum quendam et sublinem uiderentur sequi
autorem in magistro suo manicheo manifeste apparuisse spi
ritum sanctum crediderunt promissumq̄ a domino para

elitum non prius uenisse q̄ hic infeliciū deceptor oriretur
 in quo ita spiritus sanctus mauferet : ut non alius fue
 rit manicheus ille q̄ spiritus qui per ministeriū corporee
 uocis et lingue discipulos suos in omniem induceret uerita
 tem et nūq̄ cognita preteritorum secreta seculorum rese
 raret. Quodq̄ sit ridiculum quanq̄ uanum sedere ostende
 re nisi adhuc quosdam non puderet hoc credere. Magnus
 ergo magister fallitatis diabolice et conditor superstitionis
 obscene eo tempore damuandus innotuit. quo post resur
 rectionem domini ducentessimus et sexagesimus annus
 impletus est. Probo imperatore Paulinoq̄ consule cum oc
 taua iam in Christianos ebulliret persecutio et innumera
 martirum milia ipsis suis uictoris probauissent impletum
 esse q̄ dominus promiserat dicens. Cum autem tradent
 uos nolite cogitare quo modo : aut quid loquamini: s̄o eni
 uos edis. qui loquimini. sed spiritus patris uestri qui lo
 quitur in uobis. Non ergo potuit promissio domini tanta
 per etatum interualla differri. nec ille spiritus ueritatis
 quem mundus non accepit impiorum. ita septiformem il
 lam donorum suorum continuit largitatem ut tot ecclesie
 generationes sapientia et intellectu scientia et pietate
 itq̄ ipso dei timore fraudaret: donec p̄digiosus mendacior
 signifer nasceretur. Cui nec hoc quidē tribui potest: quod
 per exiguam diuine inspiracionis acceperit porcionē quo
 niam et hic de illa inuidie extitit parte que non possūt
 spiritum ueritatis accipere. Repletus enim spiritu dia
 boli spiritui resistit Christi Et cum sanctis dei hoc para
 eliti doctrina contulerit : ut futura predicerent : hic ne
 fallitates ei⁹ ipse rex processus argueret. ridendarum im
 pudencia fabularum in preteritas retorlit etates et quasi
 nos nichil ordine creature in uniuersum mundum lex s̄a
 cta et diuinitus inspirata prophetia docuisset. in contumē
 liam dei : in omnium bene conditarum iniuriam naturarū
 inexplicabilium mendaciorum monstra contexuit Quib⁹
 tandem suas insinaturas insanias nisi multum incedis et
 nimium a lumine ueritatis auersis qui siue per ignorā
 tie cecitatem siue per turpitudinis appetitum ad illa non

lactra : Sed execranda perueniunt .Que propter commu-
nem uerecundiam non sunt uostro sermone promenda. cū
iam abundantissime ipsorum sint cōfessione patefacta . Nulli
ergo uestrum dilectissimi suadeatur : q̄ tante impietatis
autore spiritus sanctus aliqua ex parte dignatus sit . Nichil
ad idum prorsus de illa uirtute peruenit : quam ecclesie sue
Christus promissit . et misit . dicente enim Johanne : Spiri-
tus nondum erat datus quia Ihesus nondum erat glorifi-
catus . Domini ascensio dandi spiritus fuit ratio . quem ille
necesse ē ut neget datum . qui ad confessum paterne dex-
tere uerum in Christo hominem negat esse prouectum :
Nos autem dilectissimi ad beatam eternitatem et anime
et carnis per regenerationem sancti spiritus adoptati sa-
cratissimi illius fedi rationabili obsequio et casta leticia
celebremus . confitentes cum beato Paulo apostolo q̄ do-
minus Ihesus ascendens in altum captiuam duxit captiui-
tatem dedit dona hominibus ut euangelium dei per omne
humane uocis eloquium predicetur . et omnis lingua consi-
teatur quia dominus Ihesus in gloria est dei patris . Ad
presentem autem sollempnitatem etiam nobis est assumen-
da deuotio ut ieiunium quod ex apostolica traditione sub-
sequitur : sancta obseruancia celebremus . quia & hoc inter
maxima sancti spiritus dona numerandum est : q̄ nobis ad-
uersus illicebros carnis et insidias diaboli ieiuniorum sunt
collata presidia : quibus omnes temptationes deo adiuan-
te uincamus . Quarta igitur et sexta feria ieiunemus
Sabbato autem apud . Beatum Petrum uigilias celebre-
mus patrocinante eodem spiritu orationibus nostris ut in
omnibus misericordiam dei obtinere mereamur Per eun-
dem dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum
Qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti de-
us . Per omnia secula seculorum Amen

De Eodem Sermo Tertius

Odiernam dilectissimi feduitatem toto terrarum
orbe uenerabilem ille sancti spiritus consecrauit

aduentus. qui post resurrectionem domini quinquagesimo
die in Apostolos populumque credentium sicut sperabatur
influxit. Sperabatur quia illum dominus Ihesus pmise-
rat aditum. non ut tunc primum esse sanctorum habi-
tator inciperet. sed ut sacrata sibi pectora et feruenti9
accenderet et copiosius mundaret. cumulans sua dona nō
inchoans nec ideo nouus opere quia diuor largitate nū-
q̃ enim ab omnipotencia patris et filii spiritus sancti est
discreta maiestas. et quicquid in dispositione rerum om-
nium agit diuina moderatio ex totius uenit prouidencia
trinitatis. Una est ibi benignitas misericordie. una censura
iusticie nec aliquid est in actione diuisum: Vbi nichil est
in uoluntate diuersum. Quem ergo illuminat pater. illu-
minat filius illuminat spiritus sanctus: Cumq̃ alia sit per-
sona missi: alia mittentis: alia promittentis: simul nobis e-
unitas manifestatur. et trinitas ut essentia habēs equali-
tatem. et non recipiens solitudinem et eiusdem substantie
et non eiusdem intelligatur esse persone. Quod ergo salua
cooperatione inseparabilis deitatis quedam pater quidā
filius quedā pprie spūs sanctus exequitur: nostre redēpi-
onis dispositi nostre salutis ē ratio. Si enim homo ad ima-
ginem et similitudinem dei factus in sue honore nature
mansisset: nec diabolica fraude deceptus a lege sibi posita
per concupiscencias deuiasset. ut creator mundi creatura
nō fieret: neq̃ aut sempiternus temporalitatem subiret: aut
equalis deo patri fili9 deus formam serui et similitudinē
carnis peccati assumeret. Quia uero inuidia diaboli mors
intrauit in orbem terrarum: et aliter solui captiuitas
humana non potuit nisi causam nostram ipse susciperet. qui
sine maiestatis sue damno et uerus homo fieret. et sol9
peccati contagium non haberet. diuisit sibi opus nostre re-
parationis misericordia trinitatis. Ut pater propiciare-
tur filius propiciaret: Spiritus sanctus igniret. Opor-
tebat enim ut aliquid etiam saluandi pro se agerent: con-
uersis ad redemptorem cordibus ab nimia damnatione de-
scenderent. Quoniam sicut Apostolus ait: Misit deus spiritum
fili sui in corda nostra in quo clamamus Abba pater

Ubi autem spiritus domini ibi libertas Et nemo potest di-
cere dominum Ihesum nisi in spiritu sancto Si ergo duce
gracia dilectissimi fideliter sapienterque noscimus quid patri
quid filio quid spiritui sancto in reparatione nostra pro-
priū quid ue commune sit ea que pro nobis humiliter et
corporaliter gesta sunt Ita procul dubio suscipiemus .ut
nichil indignum de una atque eadem trinitatis gloria sen-
ciamus. Quamuis enim nulla mens ad cogitandum de deo
nulla ad loquendum lingua sufficiat: tamen quantūcūq; il-
lud est: quod humano intellectu de essentia paternae deitatis
attingitur: nisi unum atque idem est: cum uel de unigeni-
to eius uel de spiritu sancto cogitatur non pie sapitur
sed nimis carnaliter caligatur .et ipsum quod de patre con-
gruenter sciri uidebatur: an igitur quia a tota trinita-
te receditur: si in ea unitas non tenetur nulla autē ratio
ne uere est unum quod aliqua est in equalitate diuersū Cum
igitur ad confitendum patrem et filium et spiritum sanctum
seruē mentis intendimus procul ab animo formas uisibiliū
rerū et etates temporalium naturarū procul corpora loco-
rum et loca corporū repellamus Discedat a corde quod spatio
extenditur quod fine concluditur: et quicquid nec semper ubique
nec totū ē Cogitatio de deitate trinitatis concepta nichil
per distantiam intelligat: nichil per gradus querat At si
quid de deo dignum senserit: nulli hoc ibi audeat negare
persone tamque honorificentius patri ascribat. quod filio spiri-
tuique non tribuat: Non est pietas unigenito preferre ge-
nitorem filii contumelia patris est iniuria: quod uni demitur
utrique subtrahitur Nam cum illis et sempiternitas sit com-
munis: et deitas: nec omnipotens pater nec incomutabilis
estimatur: si aut minorem se genuit: aut quē non habuit
habendo proferat Dicit quidem dominus Ihesus discipulis
suis sicut euangelica lectione recitatum est Si dilexeritis
me .gauderetis utique: quia ad patrem uado quia pater ma-
ior me est .Sed hec ille aures que sepius audierunt Ego
et pater unum sumus: et qui me uidet: uidet et patrem
sine deitatis accipiunt differentia .nec de illa hoc essentia
intelligunt. quā sempiternam cum patre et eiusdem nature

115
nouerunt esse firma ratione Commendatur etiā sanctis
Apostolis incarnatione uerbi dominici humana proiectis
et qui denunciato sibi domini turbabantur abscellu. ad
eterna gaudia honoris sui incitantur augmento. Si dilige
retis me inquit: gauderetis utiq: quia uado ad patre hoc ē
si perfecta scientia uideretis: quid uobis glorie conferatur
p hoc qd ex deo patre genit? etiā ex homine matre sim
natus: qd dominus eternorum uous uolui esse mortaliū:
qd uisibilem me inuisibilis prebui: qd formam serui in for
ma dei sempiternus accepi: gauderetis. quia uado ad pa
trem. Vobis enim prestatur hec ascensio. et super omnes
celos ad patris dexterā collanda uestra humilitas ele
uatur. Ego autem qui hoc sum cum patre qd pater est in
quidius cum genitore permaneo. et sic ab illo ad uos ue
niens non recedo. quēadmodū et uos ad illum rediens nō
relinquo gaudete ergo quia uado ad patrem. quia pater
maior me est: Vini enim uos michi. et factus sum filius
hominis: ut uos filii dei esse possitis. unde licet un? in utro
qd sim tamen quo uobis conformor. patre sum minor: quo
autem a patre non diuidor. etiā me ipso sū minor natura
itaq: que minor est patre: uadit ad patre ut ibi sit caro:
ubi semper est uerbum et una ecclesie catholice fides.
quem secundum humanitatem non distinetur minorem se
cundum deitatem credat equalem: Contemnat igitur
dilectissimi uana et ceca uersucia heretice impietatis que
sibi huius scientie leua interpretatione blanditur. dicen
te domino. Omnia que habet pater mea sunt non intelli
gat se patri demere: quicquid filio audet denegare: Et
ita in ys que humana sunt. desipit. ut putet qd ideo unige
nito paterna defuerint quia nostra suscepit non minuit in
deo misericordia potestatem nec delata reconciliatio crea
ture sempiternae defectus est glorie. Que habet pater ha
bet et filius habet et spiritus sanctus quia tota simul tri
nitas est unus deus. Hęc autem fide. terrena sapientia nō
repperit. Nec opinio humana persuasit. Sed ipse unigenit?
docuit ipse spiritus sanctus instituit: de quo nichil est
aliter qd de patre et filio sciendum. quia licet non sit pa

ter non sit filius non tamen est a patre filioq; diuisus.
et sicut propriam habet in trinitate personam: ita unū
habet in patris et filii deitate substantiam. omnia implentē
omnia continentem et cum patre et filio uniuersa mode
rantem: Per infinita secula seculorum Amen

De Eodem Sermo Quartus

Odiernam dilectissimi festiuitatem de descensione
spiritus sancti consecratam sequitur. ut uobis sol
lemne ieiunium quod animis corporibq; curandis salubri
ter institutum: deuota nobis est obseruancia celebrandum
Repletis namq; apostolis uirtute promissa: et in corda eo
rum spiritu ueritatis ingresso: non ambigimus inter ce
tera celestis sacra merita doctrine hanc spiritualis continē
tie disciplinam de paracleti magisterio primitus conceptā
ut sanctificate ieiunio mentes conferendis sibi carissimā
bus fierent aptiores. Aderat quippe. Christi discipulis pro
fectio omnipotentis auxilii et principibus nascentis Ec
clesie tota patris filiiq; diuinitas in presencia sancti spiri
tus presidebat. Sed contra instantes impetus persequen
tium contra minaces fremitus impiorum non corporis
fortitudine nec carnis erat saturitate certandū. cum hoc
maxime hominis interiora corrumpat: q̃ exteriora de
lectat et tanto fiat rationalis anima purgatio: quanto
fuerit substantia carnis afflictior. Hy itaq; doctores qui
exemplis et traditionibus suis omnes Ecclesie filios imbu
erunt: tyrocinum milicie Christiane sanctis Ieiuniis incho
arunt. ut contra spirituales nequicias pugnatū abstinē
tie arma raperent. quibus intentius uiciorum truncent
Inuisibiles enim aduersarii et incorporeales hostes nō erūt
contra uos ualidi. si nullis carnalibus desideriis fuerim⁹
immerſi: Cupiditas quidem nocendi in temptatore perpe
tua est. sed inermis atq; inefficax erit. si nichil in uobis ui
de contra uos pugnet: inuenerit. Quis autem hac fragili
carne circumdatus et in isto mortis corpore constitutus
etiam qui multū ualideq; profecerit. ita iam de sua salute

securus sit. Ne ab omni se illirebrarum periculo credat
alienum. donec licet sanctis suis quotidianam gratia diui
na uictoriam non auferat tamē dimicandi materiā. Quia
et hoc ipsum de misericordia protegentis est: qui natu
re mutabili ne de confecto prelio superbiret: semper no
luit superesse q̄ uinceret. Igitur post sancte dies leticie
quos in honorem domini a mortuis resurgentis ac dein
de in celos ascendentis exegimus: Postq̄ perceptū sancti
spiritus donum salubriter et necessarie consuetudo est ar
dinata ieiunii: ut siquid forte inter ipsa festiuitatem gau
dia negligens libertas et licentia inordinata presumpsit:
hoc religiose abstinentie censura castiget. Que ob hoc quo
q̄ studioliū exequenda est. ut illa in nobis que hac die
Ecclesie diuinitus sunt collata: permaneant. Templum
enim facti spiritus sancti et maiore q̄ unq̄ copia diuini
fluminis irrigati nullis debemus concupiscentiis uinci. nul
lis uiciis possideri ut uirtutis habitaculum nulla sit conta
minatione pollutum. Quod utiq̄ regente atq̄ adiuuante do
mino omnibus obtinere possibile est si per ieiunii purifica
tionem ac per misericordie opera studeamus et peccatorum
sordibus liberari. et caritatis fructibus esse secundi. Quic
quid enim in tribus pauperū et in curationes debiliū in p̄cia
captiuorum et in quelibet opera pietatis impenditur. nō
minuitur sed augetur nec unq̄ apud deum perire poterit
q̄ fidelis benignitas erogauit. dum quodcumq̄ tribuit ad
subsidiū: id sibi recondit ad premium. Beati enim miseri
cordes: quoniam ipsorum miserebitur deus: neq̄ delicto
rum memoria erit: Ubi testimonium pietatis asuerit.
Quarta igitur et sexta feria ieiunemus: Sabbato autem
apud beatissimum Petrum. Apostolum uigilias celebrem?
cuius nos orationibus et a spiritalibus inimicis et a corpo
ralibus hostibus confidamus liberari. Per dominum nostrū
Ihesum Christum filium tuum qui tecum uiuit & regnat
in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorū
Amen

De Ieiunio Pentecostes Eiusdem Sermo Secundus

Obitandum non est dilectissimi omnem obseruantiam
Christianam eruditionis esse diuine. et quicquid ab
Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum: de tra-
ditione apostolica et de sancti spiritus prodire doctrina. qui
nunc quoque cordibus fidelium suis presidet institutis: ut ea
omnes et obedienter custodiant: et sapienter intelligant: Nam
cum in die Pentecostes quem a pascha domini quinquage-
simum celebramus Promissus a domino spiritus sanctus expectan-
tium mentes maiori quam unquam copia et clariora presencia
sue maiestatis impleuerit: manifestissime patet inter cete-
ra dei munera. ieiuniorum quoque gratiam que hodiernam festi-
uitatem indiuisa subsequitur: tunc fuisse donatam: ut
sicut fuit concupiscentia initium peccatorum: ita sit continencia
origo uirtutum in exercendo autem hoc die munere non ideo seg-
niores esse debemus: quia et iudei et heretici sepe ab eden-
di libertate se continent et apud ipsos paganos sunt quedam
noua ieiunia Aliud enim agit sub ueritate ratio Aliud sub
fallitate deceptio Apud nos fides etiam sanctificat man-
ducantem apud illos infidelitas polluit ieiunantem Unde quia
extra Ecclesiam Catholicam nichil est integrum: nichil castum
dicente apostolo Omne quod non est ex fide peccatum est
cum diuisis ab unitate corporis Crissi nulla similitudine
comparamur nulla communione miscemur Quod utique nobis
saluberrimum maximumque ieiunium est Ad uirtutem enim conti-
nentie nichil prius pertinet quam ab erroribus abstinere: quia
tunc demum bene ambulatur: cum per uiam ueritatis in-
reditur Nam quis angusta et ardua declinantes: proclius
et lata sedando cito in perditionem deueniunt melius est gra-
dus lentior per iter rectum. quam uelocitas festina per denium
Agnoscat ergo Catholicus Christianus fructus ieiunii sui
quod etiam inter maximas largitates sterilissimum erit: nisi
de sancti spiritus irrigatione presterit. Cum enim dicat Apo-
stolus nullas sibi uirtutes sine caritate prodesse. Idemque dicat
caritatem dei diffusam esse in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis: cauendum est ne bona que facere sine
bonitate non possumus: elatione perdamus. nam omni se merito
laude dispoliat: qui de studiis industrie sue in se magis quam

117

in domino gloriatur Cum beatus David doceat in sanctorū
operib⁹ deum esse laudandū dicens Mirabilis de⁹ in sanc
tis suis. deus israel ipse dabit uirtutē et fortitudinem ple
bi sue. et iterū domie in lumine uultus tui ambulabit et
in nomine tuo exultabunt tota die et in iudicia tua exul
tabuntur. quoniam gloria uirtutis eorum es tu Et ideo
dilectissimi secundum erudicionem spiritus sancti per quē
Ecclesie dei omnium uirtutum collata sunt dona. suscipi
amus alacri fide solenne ieiunium: ut in mandatis que po
terimus efficere: contineamus nos ab inflatione iactantie
ad dei gloriam euncta referentes qui et bonarum est in
spirator uoluntatum: et bonarum est autor actionū dice
te domino Sic luceat lux uestra coram hominibus ut ui
deant opera uestra bona & magnificent patrem uestrum
qui in celis est. Qui uiuit et regnat per omnia secula secu
lorum Amen:

De ieiunio Pentecostes eiusdem Sermo Tercius

Anctarum sollempnitatem dilectissimi ordie celebra
to et spiritalis leticie deuotione completa oportet
nos ad salubritatem recurrere peccatis. remediumq; ieiu
ni et exercendis mentibus et castigandis adhibere corpo
ribus ut quia nos satis de hoc et diuina monita et propria
experiments docuerunt. primum per sacerdotum dierum re
cursum diuine pietati gratias referamus. rum sanctas con
tinencie delicias appetentes aliquantulum nobis de terre
norum ciborum abundantia subtrahamus: ita ut proficiat
elemosinis q; non impenditur mensis. Tunc enim demum
ad anime curationem proficit medicina ieiunii: cū abstinē
cia ieiunantis esuriē reficit negligentis. Quia ergo scimus
apud misericordiē deū ieiuniis pcellere elemosine largitatē
dicente ipso domino Date elemosinam et omnia munda
sunt uobis. Si animas nostras a peccatorum sordibus cupi
mus emundari: elemosinam pauperibus non negemus. ut
in die retributionis ad promerendam dei misericordiā mise
ricordie operibus adiuuemur Per Christum dominum nos
trum Amen

De ieiunio Pentecostes Eiusdem Sermo Quartus

Alter omnia dilectissimi apostolice instituta doctrine
que ex diuine institutionis fonte manarunt :dubium
non est influente in ecclesie principes spiritu sancto hanc
primū ab eis obseruanciam fuisse conceptam : ut sancti ob
seruatione ieiunij omniū uirtutū regulas inchoarent: quia
multum ad p̄cepta dei excipienda prodesset : si Christiana
milicia contra incentius omnia uiciorū continencie se sanc
tificatione muniret : Cum enim per illecebram cibi irrep
serit prima causa peccati quo salubriore dei munere uti
tur redempta libertas : q̄ ut nouerit abstinere a concessis
que frenare se nesciuit a uetitis : Omnis quidem creatu
ra dei bona est. et nichil est abiciendum q̄ cum gratia pacti
one percipitur : Sed non ad hoc creati lumus. ut feda et
impudenti auiditate omnes mūdi copias expectamus tanq̄
q̄ licet sumi : non liceat pretermitti . Laudetur deus qui
hominum usui tam multa donauit . sed agnoscat rationalis
animus maiores delicias menti datus esse q̄ carni: et cum
audit per spiritum sanctum dici. post concupiscencias tuas
non eas. et a uoluntate tua uetare . intelligat sibi contra
omnia que sensibus corporeis blandiuntur tēperancie lee
tandam esse uirtutem . per quam dum exterioris hominis
uoluntas munuitur sapientia interioris augetur: Non enim
idem uigor cordis est sub onere cibi: qui sub leuitate ieiun
ij: nec eundem sensum potest sacietas generare: quem par
citas Quia cum caro concupiscens aduersus spiritum spiri
tale cupiditate superatur libera obtinetur sanitas: et sana
libertas ut et caro mentis iudicio et mens dei regatur
auxilio : Ad hanc ergo utilitatem nos dilectissimi presēs
tempus inuitat. ut a resurrectione domini usq̄ ad aduen
tum spiritus sancti quinquaginta diebus emensis quos in
leticia precipue festiuitatis exegimus . ad ieiuniorum re
media concurramus . ne forte per occasionem licencie blā
dioris aliquas negligencie culpas delectabilium usus inci
derit: Terra enim carnis nostre nisi assiduis fuerit subada
culturis : cito de segeti otio spinas tribulosq̄ pducit et per

tu de generi dabit fructum non horreis inferendum sed
ignibus concremandum Dicente domino omnis plantatio
quam non plantavit pater meus celestis eradicabitur Cul
todienda igitur nobis omnium germinum seminumq ge
nerositas qua ex summi agricole plantatione concepim
et vigili sollicitudine providendum: ne dei munera aliqua
invidentis inimici fraude uolentur. et in paradiso uirtu
tum non crescat silva uiciorum? Ad declinandu autē hoc ma
lum: nichil est potentius elemosinis atq ieiunys dum & car
nales cupiditates continencia uerat: et desideriorū spiri
tualium fructus misericordie cura multiplicat. Unde cari
tatem nostram sollempniter admonemus: ut per castigacionē
torporis et per opera pietatis mundari ab omniū pecca
torum sorde curemus: Quarta igitur et sexta feria ieu
nemus: Sabbato autem apud beatissimū Petrum Apostolū
uigilias celebremus: cuius meritis et oracionibus ita nos
per omnia credimus adiuuandos ut misericordia dei et ie
iuniis nostris allit et uotis. per Christum dominū nostrū
Amen.

In natiuitate Apostolorum Petri
et Pauli Eiusdem Sermo Primus

Munus quidem sanctarum sollempnitatum de
lectissimi totus mundus est particeps. et unius
fidei pietas exigit: ut quicquid p salute uni
uersorum gestum esse recolitur: communibus
ubiq gaudiis celebretur uestamen hodierna
festiuitas preter illam reuerentiam quam
toto terrarum orbe promeruit. speciali et propria nostre
urbis exultatione ueneranda est. ut ubi precipuor aposto
lorum glorificatus est exitus: ibi in die martyry eorum
sit leticie principatus: Isti enim sunt uiri per quos tibi
euangelium Christi: Roma resplenduit et que eras magi
stra erroris facta es discipula ueritatis: Isti sunt patres
tui uerig pastores qui te regnis celestibus inserendam
multo melius multoq felicius condiderunt: q illi quorum
studio prima mentium tuor fundamenta locata sunt. Ex

quibus his qui tibi nomen dedit. fraterne te sede sedavit
Isti sunt qui te ab hac gloriam prouexerunt : ut gens
sancta populus electus ciuitas sacerdotalis et regia per
sacra beati petri sedē caput orbis effecta laetius presideres
religione diuina : q̄ dūacione terrena. Quāuis enim multis
aucta uictoriis ius. Imperii tui terra maris protuleris :
minus tamen est q̄ tibi bellatus labor subdidit. q̄ pax
Cristiana subierit. deus nāq̄ bonus et iustus et omnipotēs
qui misericordiam suam humano generi nunq̄ negauit :
omnesq̄ in cōmune mortales ad cognitionem sui abundā
tissimis semper beneficiis erudiuit uoluntariam errantiū
cecitatem et procliue in deteriora nequitiam secrecio
re consilio et aliori pietate miseratus est : mittendo uer
bum equale atq̄ coeternum. Verbum igitur caro factū
ita diuinam naturam nature uniuert humane : ut illius ad
infima inclinatio nostra fieret ad sūma prouectio. Et aut
huius inenarrabilis gracie per totū mundū diffunderetur
effectus. romanū regnū diuina prouidentia preparauit C̄
ad eos limites incrementa p̄ducta sunt. quibus cunctarū
undiq̄ gentium uicinis et continua esset uniuersitas. Dis
positio nāq̄ diuinitus operi maxime congruebat : ut m̄
ta regna uno cōfederarentur imperio et cito peruios habe
ret populos predicatio generalis : quos unius teneret re
gimen ciuitatis. Hec autem ciuitas ignorans sue prouedi
onis autorem cum pene omnibus dominaretur gentib⁹. om
nium gentium seruebat erroribus et magnam sibi uideba
tur assumpsisse religionem : quia nullam respiceret falsita
tem. Vnde quanto erat per dyabolum tenacius illigata
tanto per Cristum est mirabilius absoluta. Nam cū duo
decim apostoli accepta per spiritum sanctum omni locuci
one linguarum imbuendum euangelio mundum distributis
sibi terrarū partibus suscepissent. beatissimus Petrus prin
ceps apostolici ordinis ad arcē Romani destinatur imperii
ut lux ueritatis que in omnium gentium reuelabatur sa
ltem efficacius se ab ipso capite per totum mundi corp⁹
effunderet. Cuius autē nationis homines in hac tunc urbe
non essent : aut que usq̄ gentes ignorarent : q̄ Roma didi

219
 esset hic conculcande philosophie opiniones hic soluende
 erant terrene sapientie uanitates .hic confutandus demo
 num cultus hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda ubi
 diligentissima superstitione erat collectum quicquid usque
 fuerat uanis erroribus institutum .Ad hanc ergo urbem
 tu beatissime Apostole Petre uenire non metuis: et con
 sorte glorie tue .Paulo aliarum adhuc Ecclesiarum ordi
 nationibus occupato siluam istam fremientium bestiarum
 et turbulentissime profunditatis oceanum constancior in
 gredieris Nec mundi dominam times Romam. qui in Cay
 phe domo expaueras sacerdotis: Ancillam Nunquid aut
 iudicio Pilati aut seruitia Iudeorum minor erat uel in Clau
 dia potestas: uel in Nerone crudelitas: Vincebat ergo ma
 teriam formidinis uis amoris .nec estimabas terrori cede
 dum .dum horum saluti consulis: quo susceperas diligendos
 Hunc ergo intrepide caritatis affectum iam tunc pfecto
 conceperas. quando professio tui amoris in dominum trime
 interrogacionis est solidata mysterio Nec aliud ab hac me
 tis tue intencione quesitum est: quam ut pascendis eius quem
 diligeres quibus cibum quo ipse eras opimatus impenderes
 Augebant quoque fiduciam tuam tot signa miraculorum tot
 dona charismatum atque experimenta uirtutum .Jam popu
 lus qui ex circumcisione crediderant: erudieras .iam An
 tiochenam ecclesiam ubi primum Christiani nominis digna
 tus es orta. fundaueras Jam Pontum Gallatiam Cappado
 riam Asiam atque Bithyniam Legibus Euangelice predica
 tionis impleueras: nec aut dubius de pfectu operis aut
 de spacio tue ignarus etatis tropheum crucis Christi roma
 nis artibus inferebas. quo te diuinis preordinationibus
 anteibant et honor potestati et gloria passionis Ad quam
 beatus coapostolus tuus uas electionis et specialis magister
 gentium Paulus occurrens eodem tibi consociatus est tempore
 quo iam omnis innocentia omnis pudor omniumque libertas sub
 Neronis laborabat imperio: Cuius furor per omnium ui
 riorum inflamatus excessum .in hunc eum usque torrentem
 sue precipitauit insanie: ut primus nomen Christiana atrocita
 tem generalis persecutionis inferret .quali per sanctorum uoces

gratia posset extinguere quibus hoc ipsum erat maximum lumen ut eo
 temptus uite huius occidue preceptio fieret felicitatis eterne
 Preciosa ergo est in conspectu domini mors sanctorum eius
 nec ullo crudelitatis genere distum potest sacramento crucis
 Christi fundata religio non minuitur persecucionibus Ecclesia
 sed augetur. et semper dominicos ager legite dicitur uesti-
 tur. dum grana que singula cadunt: multiplicata nascuntur
 Unde duo illa preclara diuini germina seminis inquantum
 sobolem pullularint: beatorum milia martirum prestantur
 qui apostolicorum emuli triumphorum urbem nostram purpuratis et
 longe lateque rutulatis populi abierunt: et quasi ex multarum ho-
 nore gemmarum conserto uno diademate coronarunt De quo-
 rum presidio dilectissimi diuinitus nobis ad exemplum pacien-
 tie et confirmationem fidei preparato uniuersaliter quidem in om-
 nium sanctorum commemoratione letandum est. Sed in horum excel-
 lencia patrum merito est excellencius gloriaandum: quos gratia
 dei in tantum apice in omnia ecclesie membra puerit: ut eos
 in corpore cuius caput est Christus. quasi geminum constitueret
 lumen oculorum. de quorum meritis atque uirtutibus que om-
 nem loquendi superant facultatem nihil diuersum nichil debet
 sentire discretum quia illos et electio pares. et labor similes
 et finis fecit equales. Sicut autem et nos experti sumus
 et uostri phanete maiores. credimus atque confidimus inter
 omnes labores istius uite ad obtinendam misericordiam dei se-
 per nos specialium patronorum oracionibus adiuvandos. ut quan-
 tum propriis peccatis deprimimur tantum apostolicis meri-
 tis erigamur Per dominum nostrum Ihesum Christum cui est ho-
 nor cum patre et cum sancto spiritu eadem potestas una diuinitas in se-
 cula seculorum A M E N

In natiuitate apostolorum Petri
 et Pauli Cuiusdem Sermo secundus

Pultemus in domino dilectissimi et spiritali iocunde-
 tate letemur: quia unigenitus dei patris filius domi-
 nus noster. Iesus Christus ad insinuanda uobis diuinitatis
 mysteria: apostolici ordinis primum beatum Petrum huic

unitati dignatus est prerogare. Cuius hodierna festiuitas
 recurrente triumpho martirii specimen et decus contulit
 orbi terrarum. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa confes-
 sio que a deo patre inspirata apostolico cordi omnium huma-
 narum opinionum incerta transcendit. et firmitatem petre:
 que nullis impulsibus quateretur: accepit. Euangelica
 quidem referente historia omnes Apostolos dominus quid
 de eo opinentur. interrogat. Ad ubi quid habeat discipulo-
 rum sensus. exigitur. ille primus est in domini confessione
 qui primus est in Apostolica dignitate. Qui cum dixisset
 Tu es Christus filius dei uiui Respondit ei Ihesus Bea-
 tus es: Symon Bariona quia caro et sanguis non reuela-
 uit tibi: sed pater meus qui in celis est Ideo beatus es. quia
 pater meus te docuit. nec opinio te terrena fecellit sed
 inspiratio celestis instruxit. et non caro et sanguis sed
 ille me tibi cuius sum unigenitus indicauit. Et ego inquit
 dico tibi: hoc est sicut pater meus tibi manifestauit diui-
 nitatem meam: ita ego notam tibi facio excellenciam tuam.
 Quia tu es Petrus: id est cum ego sim inuolabilis petra
 ego lapis angularis qui facio utragque unum. Tamen tu quoque
 petra es: quia mea uirtute solidaris ut que michi potes-
 tate sunt propriis sint tibi mecum participatione communia.
 Supra hanc petram edificabo ecclesiam meam. et porte in-
 feri non preualebunt aduersus eam: Super hanc inquit
 fortitudinem eternum extruam templum. et ecclesie mee
 celo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consur-
 get hanc confessionem porte inferi non timebunt. mortis
 uincula non ligabunt. Vox enim ista uox uite est. et sicut
 confessores suos in Ecclesia prouehit: ita negatores ad in-
 ferna demergit. Propter quod dicitur Beato Petro Aposto-
 lo Tibi dabo claves regni celorum et quicquid ligaueris
 super terram: erunt ligata et in celis. Transiit quidem in
 Apostolos alios uis istius potestatis sed non frustra uni
 commendatur: quod omnibus intinetur Petro enim singula-
 riter hoc creditur: quia cunctis Ecclesie rectoribus Pe-
 tri forma proponitur. Manet ergo Petri preuilegium ubi
 cunctis ex ipsis fertur equitate iudicium nec nimia est

uel leueritas: uel remissio: ubi nichil erit ligatum: nichil
solutum. nisi q̄ Petrus aut ligauerit: aut soluerit. In stāte
autem passione sua dominus que discipulorū suorū erat tur
batura constanciam Simon inquit Simon ecce Sathanas
expostulauit: ut uos trībraret sicut triticum: Ego autē
rogauī pro te. ut non deficiat fides tua. et tu aliquando
conuersus confirma fratres tuos: Ne intrent in tempta
tionem. Cōmune erat omnibus apostolis periculū de temp
tatione formidinis. et diuine protectionis auxilio pariter
indigebant. quoniam diabolus omnes exagitare: omnes
cupiebat elidere et tamen specialis a domino Petri cura
suscipitur: et pro Petri fide proprie supplicatur tanq̄ alio
rum status terrior sit futurus: si mens principis uida nō
fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur. et di
uine gracie in ordinatur auxiliū: ut firmitas que p̄ Xpm
Petro tribuitur: per Petrum Apostolis conferatur: Nam
et post resurrectionē suam dominus beato Petro aposta
lo post regni clauēs ad trinām eterni amoris processionē
mystra insinuatione ter dixit: pascie oues meas. q̄ et nunc
procul dubio facit. et mandatū domini pius pastor exequi
tur. confirmans nos exhortationibus. et pro nobis orare
non cessans: ut nulla temptatione superemur Si autē hāc
pietatis sue curam populo dei sicut credendum est: ubiq̄
pretendit: quantomagis alumniis suis opem suam dignatur
impendere. apud quos in sacro dormicionis thoro eadem
qua preledit carne requiescit Cū itaq̄ dilectissimi tantā
nobis uideamus presidium diuinitus institutum. rationabi
liter et iuste in ducis nostri meritis et dignitate letamur
gracias agentes sempiterno Regi et redemptori nostro
Ihesu Cristo q̄ tantam potenciam dedit ei. quem totius
ecclesie principē fecit ad gloriam et laudem nominis sui
Qui cū deo patre et spū scto uiuit et regnat i secla seclorū Amē

In Octaua Apostolorū Petri et Pauli Eiusdē Sermo

Eligiosam deuotionē dilectissimi qua ob diem castiga
cionis et liberationis nostre cunctus fidelium popu

lus ad agendas deo gratias confluebat pene ab omnibus
 proxime fuisse neglectam ipsa paucorum qui assuere ra-
 ritas demonstravit. et cordi meo multum tristitiae intulit
 et plurimum timoris incussit. Magnam enim periculum e-
 sse homines ingratos deo. et per oblivionem beneficiorum
 eius nec de correptione compungi. nec de remissione leia-
 ri. Vereor igitur dilectissimi ne vox illa prophetica tales
 increpasse videatur: que dicit flagellasti eos: et non volu-
 erunt castigari eos: et noluerunt accipere disciplinam: Que
 enim in eos correptio ostenditur in quibus tanta auersio
 regitur: pudet dicere. sed necesse est non tacere plus impen-
 ditur demonis: quam apostolis et maiorem obtinent spectaculo
 frequentiam quam beata martyria. Cuius hanc urbem reforma-
 vit saluti. quis a captivitate eruit. Cuius a rede descendit.
 ludus syrcensium an cura sanctorum quorum ulique precibus
 diuine censure flexa sententia est ut qui merabatur
 iram seruaretur ad veniam. Tangat obsecro dilectissimi
 tor vestrum illa sententia saluatoris qui cum de re leprosum
 misericordie uirtute mundasset. unum tantum dixit ex eis
 ad agendas gratias reuertisse. signans fideliter de ingra-
 tis per hunc pietatis officio etiam si corporis asseruti sunt
 sanitatem: non tamen sine animi impietate deueniunt. Ne
 ergo illa ingratorum nota etiam nobis dilectissimi possit
 ascribi: reuertimini ad dominum. intelligentes mirabilia
 que in nobis dignatus est operari. et liberationem nostram
 non sicut opinantur impii: stellarum effectibus sed ineffa-
 bilis omnipotentis dei misericordie deputantes: qui cor-
 da furentium Barbarorum mitigare dignatus est. ad tanti
 uos beneficii memoriam toto fidei uigore conferre: Crauis
 negligentia maiore satisfactione curanda est. Ad emenda-
 tionem nostram utamur lenitate percentis ut beatus Pe-
 trus et omnes sancti qui nobis in multis tribulationibus
 assuerunt: obsecrationes nostras pro uobis apud miseri-
 cordem deum iuuare dignentur: per Christum dominum nostrum Amen:

In festiuitate Sanctorum Septem Fratrum
 Martirum Machabeorum Cuiusdem Sermo

Racis dilectissimi domino deo nostro ꝑ quanto sit
huius diei sollemnitas etiam si ego taceam .conuen-
tus uestre ostendit. Jam enim conspiranti studio et deu-
to animo conuenitis ut festiuitas magnificenciam et si ser-
mo non indicet .congregatio ipsa tamen testetur et recte
Duplex enim causa leticie est: in qua et natalem ecclesie
colimus et martirum passionis gaudemus: nec immerito
digne Ecclesia horum exultat martirio. quorum ornat
exemplo Causa ergo sollemnitatis hodieꝛne dilectissimi
plenissime sacre historie lectione didicistis nec latere uos
potuit .quem in tanto rerum gestarum ordine exceperi-
tis auditum cum gloriosam septem martyrum matrem ex-
ultanti et non tacito honoraretis affectu in singulis qui-
dem filiis passam sed in omnibus coronatam : Subsecuta
est enim felici exitu quos inuido premisit hortatu beata
genitrix beata progenies memorabilis precedentium for-
titudo : Nam cum in illo ordine mortuum et in illa disposi-
tione penarum id leuissimi regis excogitasset impietas :
ut uictoriam tibi et de primis promitteret: quos sine tol-
lerantie cruciaret exemplo: et de postremis quos in sup-
plicio torqueret alieno multiplicata sunt martirum palme
et dum singuli in omnibus uincunt. preter coronas ꝑꝑrias
omnes acquisiuere septenas Sed hec ad fructuosam reco-
lenda sunt aurum uoluptatem Inflat sciencia: nisi edifi-
cet obedientia .grauiant audita: nisi suscipiantur imitanda
flet enim quia cessauit persecutor et tortor: quia iā deo
militant potestates: desunt Christianis quas superent pas-
siones filii inquit accedens ad seruitutem dei Na in iusti-
cia et timore et prepara animā tuam ad temptationē et
Apostolus dicit Quicumꝑ in Christo ꝑꝑe uolunt uiuere per-
secutionem patimur propter iudiciam Qui ergo putas qui
euisse persecutionem et nullum tibi cum hostibus esse con-
flictum .intimum cordis tui scrutare secretum: et omnes
recursoꝝ anime tue diligens explorator incedere: et ui-
de si nulla te repugnat aduersitas . Si nullus tyrannus
uult in mentis tue arce dominari soli cum auaricia ꝑ-
cem firmare. et iniquorum questuū incrementa contēꝑne

Superbie concordia nega. et magis time in gloria suscipi
q̃ in humilitate calcari. Dissociare ab ira: Nec dolorem in
clamet inuidie cupido uindictę Renuncia uoluptati auer
tere ab immundicia. pelle luxuriam. fuge iniquitatem. ob
nitere falsitati. et cū uideris te multiplicē habere pugna
tu quoq; imitator Martirum numerosam quere uictoria
Toties enim peccatis morimur: quotiens in nobis pec
cata moriuntur. et preciosa in conspectum domini etiam
ista mors sanctorum eius ubi homo occiditur mundo. non
terminatione sensu. sed fine uiciorum: Si ergo carissimi
non ducitis cum infidelibus iugum: Si peccatores esse de
listis: et nullis carnalium cupiditatum temptationibus cre
ditis sollempnem hanc diem celebratis: et non solū Mar
tires ac martirum matrem: sed etiam illius memoriam
iusto honore ueneramini. qui hoc die antiquam festiuitatē
huius loci consecratione genuerunt Magnificus quidē Arue
tor parietum sed magnificentior edificator animarum:
ultra cui sui terminos opera pietatis extendens ut utili
tatibus institutionum eius etiam in ipso frueretur deu
ta posteritas et habitando q̃ condidit. et faciendo q̃ docu
it Omnia ergo dilectissimi que oculis cernitis: et mente
meministis ad profectum uestre edificationis assumite: et
ita unusquisq; uestrum preparato a maioribus utatur habita
culo ut in seipso meminerit templum dei esse fundatum.
nichil structure sue prauum: nichil supponat infirmū sed
unus ex electis lapidibus congruendo per indissolubile cō
nexionem crescat in dominici corporis unitatem: auxili
ante domino nostro Ihesu Christo qui cum patre et spiri
tu sancto uiuit et regnat in secula seculorum Amen .

In natiuitate Sancti Laurencii Eiusdem Sermo

Unum omnium dilectissimi summa uirtutum et totius
plenitudo iusticie de illo amore nascatur. quo deus
proximusq; diligitur: In nullis profecto hic amor subli
mius excellere clariuscq; fulgere q̃ in beatissimis martiri
bus inuenitur: qui domino nostro Ihesu Christo pro omnib;

hominibus mortuo tam propinqui sunt imitatione carita-
tis q̄ similitudine passionis : Quamuis enim illi dilectioni
qua dominus nos redemit . nulla cuiusq̄ benignitas possit
equari : quia aliud est pro iusto mori hominem sua neces-
sitate moriturum : aliud pro impiis occumbere a debito mor-
tis alienum : multū tamen uniuersis hominibus etiam mar-
tyres contulerunt : quorum fortitudine ita eius largitor
usus est dominus : Ut penam mortis et atrocitatem cru-
cis nulli suorum uellet esse terribile . si ergo nullus bon⁹
sibi soli ē bonus . nec cuiusq̄ sapientis sibi tantum sapiēcia
est amica . et hec uerarū natura uirtutum est . ut multos
a tenebreſco abducant errore : qui earū clarus est lumine :
Ad erudiendum dei populum nullorum est utilior forma
q̄ martirum Sit eloquentia facilis ad exortandum sit ra-
tio efficax ad suadendum : ualidiora tamen sunt exempla
q̄ uerba . et planius est opere docere : q̄ uoce Ja quo ex-
cellentissimo genere beatus martir Laurentius cuius pas-
sionis dies hodiernus illustris est . quam gloriosa polleat
dignitate . etiam persecutores eius sentire potuerunt cum
illa mirabilis animi fortitudo de Crīsti principaliter amo-
re concepta non solum ipsis non cederet : sed etiam alios
exemplo sue tollerantie roboraret Cum furor gentiliū
potestatum in electissima quoq̄ Crīsti membra leuiret :
ac precipue eos qui ordinis erant sacerdotalis impeteret
in leuitam Laurentium qui non solū ministerio sacramen-
torum sed et dispensatione ecclesiastice substantie preemi-
nebat impius persecutor efferbuit : Duplicem sibi predam
de unius uiri comprehensione promittens . quem si fecis-
set sacre pecunie traditorem : faceret etiam sacre religio-
nis exortem Armatur itaq̄ gemina face . homo pecunie cu-
pidus . et ueritatis inimicus . auaricia . ut rapiat aurum . im-
pietate ut auferat Crīstum Postulat sibi ab immaculato
sacrarū presule opes ecclesiasticas quibus auidissimus : inhi-
abat inferri cui leuita castissim⁹ ubi eas repositas haberet
ostēdēs numerosissimos sanctoz paup̄z obtulit greges in-
quorum uictu atq̄ uestitu inamissibilis condiderat faculta-
tes que tanto integrius erant salue quanto sanctius p-

habantur expense: Fremit ergo predo frustratus et in
 odium religionis que talem diuiciarum usum institueret
 ardescens direptionem thesauri potioris aggreditur. ut
 apud quem nullā denariorum substantiam reperisset. illud
 depositum ei quo sacratius erat diues auferret. Renuci
 are Christo Laurencium iubet et solidissimam illam leui
 tici animi fortitudinem diris parat urgere suppliciis. Quos
 ubi minora nil optinent: uehementiora succedunt. Laceros
 artus et multa uerberum sectione concisos subiecto pre
 ripit igne torreri. ut per eratem ferream que iam de fer
 uore continuo uim ex se haberet urendi: conuersorū al
 terna mutacione membrorum. fieret cruciatus uehemen
 tior. et pena productior. Nichil obtines nichil pñcis leua
 crudelitas Subtrahatur tormentis suis materia mortalis
 et Laurencio in celos abeunte tu deficis flammis tuis su
 perari caritatis Christi flamma non potuit. Et segnior fuit
 ignis qui foris uisit q̃ qui intus accendit. Seruisti persecu
 tor martiri: cum leuisti. auxilli palmam dñ aggeras penā
 Nam quid non ad uictoris gloriam ingenium tuū reperit
 quando in honorem transierunt triumphi eciam inferumē
 ta supplicii. Candeamus igitur dilectissimi gaudio spirita
 li et de felicissimo incliti uiri fine gloriemur in domino
 qui est mirabilis in sanctis suis in quibus nobis et presi
 dium constituit. et exemplum atq̃ ita per uniuersum mū
 dum clarificauit gloriam suam ut a solis ortu usq̃ ad occasū
 leuiticorum luminum coruscante fulgore q̃ glorificata est
 Jherosolima Stephano: tam illustris fletet Roma Laure
 cio. Cuius oracione et patrocinio adiuuari nos sine cessa
 tione confidimus. ut quia omnes sicut apostolus ait. quicūq̃
 uolunt in .Cristo pie uiuere persecutione pascuntur cor
 roborantur spiritu ueritatis: et ad superandas omnes tēp
 taciones constantis fidei persuerancia muniamur. Per do
 minum nostrum Jhesum Christum filium tuum Qui tecū
 uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus Per om
 nia secula seculorum A M E N

De Ieiunio Septimi mensis id est
 Septēbris eiusdē Sermo Primus

seruanciam quidem uestram dilectissimi ita noui
mus esse deuotam ut animas uestras non solum
legitimis sed etiam uoluntariis ieiuniis excolatis. Tamē
adicienda est huic studio. etiā nostre ad monitionis exhorta
rio: ut si quis in hoc exercicio tardiores in his saltē dieb9
communi abstinentie se obedienter adiungant: in quib9 nos
oportet sacratissimam consuetudinem attentius celebrare
ut per humilitatem ieiunii contra omnes hostes nostros
diuinum mereamur auxilium. Res enim est precipui ope
ris quam et ex auctoritate indicimus: et ex caritate sua
demus: ut paululum edendi libertate cōpressa castigationi
corporis et pauperū. Audeamus alimonio: quos qui reficit
animam suam pascit et temporales epulas in delicias mu
tat eternas. In locum igitur malarū cupiditatū sanctorū
desideriorum incrementa succedant. Cesset iniquitas sed
non sit ociosa iusticia. quē nullus patitur opprimere se
tiam aliquis adiuantem. parum est enim non auferre ali
enarū nisi largiaris et ppria. sub oculis iusti iudicis sumus
qui nouit quantam unicuique bene operanti dederit facultatē
non uult ociosa esse munera sua. qui seruis suis sic mystico
rum talentorum mensuras distribuit. ut creditū qui libe
raliter erogasset: auget. qui steriliter seruasset amitteret.
Et ideo dilectissimi quia septimi mensis ieiunium nos cele
brare conuenit sanctitatem uestram mouemus: ut quarta
et sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatum Petrum
Apostolum uigilemus cuius suffragantibus meritis ab omni
bus tribulationibus mereamur. ut absolui p̄ xpm dominū no
strum Amen

De eodem Sermo Secundus

Deus humani generis conditor et redemptor qui nos
ad promissiones uite eterne per semitas uult ambu
lare iusticie de futura tēptacione quē nobis in itinere uite
futurum insidiosis aduersaretur occurribus multis nos p̄fesi
diis dilectissimi in quibus laqueos diaboli obterrerem9 in
uenit inter que hoc famulis suis saluberrimum contulit.
Et contra omnes inimicos dolos fortitudinis se continentie

728
 et operibus pietatis armarent. Ille enim qui ab initio pri-
 mis hominibus interdicti tibi inseruit appetitum: et male
 credulis per illerebram edendi omnium concupiscenciā
 virus infudit: easdem fraudes retractare non desinit & in
 natura quam scit suis seminibus incitatem esse uiciatā. Sa-
 rationis sue germen inquirat. ut ad labefactanda studia uir-
 tutis desiderium uoluptatis accendat. quoniam pena ipsius
 est prouectio Christiana. Nec potest eorū animos aliquo mo-
 do ledere qui nouerunt auxiliante domino in sua carne
 regnare. Rationabili ergo moderatione sanctorū proposito
 frenande sunt rebelles cupiditates. nec sinendum est ut
 castis et spiritualibus desideriis corporales concupiscencie
 reludentur. Agnoscat interior homo exterioris sui se et
 se rectorem. ut mens diuino gubernata dominatu. terre-
 nam substantiā in bonę uoluntatis cogat obsequiū: nec eni
 deest nobis ad hūc ordinem obseruandum misericordissimi
 regis auxiliū: qui nos saluberrime obseruancie ratione in-
 formauit: perfiniens nobis per temporum recursus quosdā
 ieiuniorum dies in quibus castigatione corporū uirtus ro-
 beraretur animorū. huius autem remedii munus dilectissi-
 mi etiam in isto qui septimus est: mense depositum est: &
 nos prompta conuenit alacritate suscipere. Ut preter absti-
 nentiam qua quisque se peculiariter atque priuatim secundum
 modum sue possibilitatis exercet: Hec que omnibus incidi-
 tur. Animosius celebretur. Nam in omni agone certa-
 minis Christiani utilitas cōtinēte plurimū ualet. ita ut qui-
 dam sanctissimorum spiritus demonum qui ab obsessis corpo-
 ribus nullis exorcisantiū fugantur imperiis: sola ieiuniorū
 et orationum uirtute pellantur. dicente domino: hoc genus
 demoniorum non eicitur nisi in ieiunio et oratione: Gra-
 ta ergo est deo et terribilis diabolo ieiunantis oratio. Nec
 laetetur quantum acquirit sue salutis que tantū prestat alie-
 ne. In hac sane obseruancia dilectissimi quamuis nos om-
 nes unanimitate oporteat esse deuotos. siqui tamen sunt
 quorum uoluntati aliqua obstat infirmitas: laborem qui
 supra uires est corporum: redimant impendiis facultatum.
 Multa enim sunt opera pietatis que ipsam edendi necessi-

talem merito ampliore commendent. si ieiunacium puri-
ficationem studio benignitatis acquirunt. Nam cum hi qui
nichil omittunt: de humiliatione ieiunii sub sterili fatiga-
tione desudent: nisi se elemosinarum qua possunt erogari
que sanctificent dignum est: ut in alimoniam pauperum abun-
dantior sit eorum largitio: quorum ad abstinendum minor est for-
titudo. Quod ergo quis in sua sibi infirmitate non denegat
aliene inopie libenter impendat. et propriam necessitatem
faciat sibi cum indigente communem. non culpatur infirmus ie-
iunium solvens: a quo cibus accipit pauper esuriens. nec es-
tam sumendo polluitur. qui elemosinam imparciendo mun-
datur: dicente domino. Date elemosinas: et ecce omnia nra
da sunt vobis. In quo opere dilectissimi etiam hi qui ab epu-
larum delectatione se continent: fructus sibi debent mise-
ricordie comparare: ut qui abundantius seminauerit copiosi-
us metant. Non enim unquam agricolae suo segetes metantur aut
incertam spem habet operis cultura pietatis. Quicquid hoc
modo serentis manu spargitur: non estus urit. non torrens
trahit. non grando prosterit. Incolumes semper sunt pie-
tatis expense. non solum integre manent: sed etiam modo
augentur et qualitate mutantur. De terrenis celestia prode-
unt. de parvis magna gignuntur. et temporale damnum
in premium transit eternum. Quisquis igitur diuitias amat
quisquis multiplicari que possides concupiscit: in hec lucra
accendere: in hec rerum tuarum augmenta suspicari: de quibus
nichil fur abripit. nichil timea corrumpit. nichil rubigo con-
sumit. Noli desperare de fenore noli de accipiente dissidere.
Quod uni horum fecistis: michi fecistis: quis dicat intellige
et apud quem opes tuas colloces perspicacius fidei oculis se-
curus agnosce: non dubitet de receptione cui Christus debi-
tor est. Non sit anxia liberalitas nec triste ieiunium: hilariter
enim datorem diligit deus: qui fidelis est in uerbis suis et
abundanter largita retribuit. qui benigne largientia donauit.
Per dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum. Qui te
cum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per
Omnia secula seculorum Amen

De Ieiunio Septimi mensis eiusdem Sermo Tercius

De exorandum dilectissimi misericordiam dei ad reno-
 uandum statum felicitatis humane quantum ualeat
 religiosa ieiunia sanctorum Prophetarum predicatione cog-
 noscimus: qui diuine iusticie commotionem quam frequen-
 ter populus Israel merito iniquitatis inciderat: non nisi
 ieiunio ptestantur posse placari. Unde et Joel Propheta
 admonet dicens: Hec dicit dominus deus noster. Conuer-
 timini ad me in toto corde uestro in ieiunio fletu et plandu
 et scindite corda uestra et non uestimenta uestra. et con-
 uertimini ad dominum deum uestrum quia misericors est
 ptiens & magnanimus & multum misericors: & iterum sancti-
 ficate ieiunium. predicate curacionem. congregate plebem
 sanctificate Ecclesiam. Que cohortatio dilectissimi nostris
 quoque amplectenda temporibus: quia huius curacionis re-
 media etiam a nobis sunt necessarie predicanda ut in obseruan-
 tia satisfactionis antiquae quod perdidit Iudaica peruariatio ac-
 quirat Christiana deuotio. Diuinarum. namque reuerencia sanc-
 tionum inter quelibet spontaneae obseruancie studia habet
 semper privilegium suum. ut sacratius sit. quam publica lege ce-
 lebratur: quod quam priuata institutione dependitur. Exercitatio
 enim continentie quam sibi quisque proprio arbitrio indicit. ad
 utilitatem cuiusdam pertinet porcionis: Ieiunium enim quod
 uniuersa Ecclesia suscipit: neminem a generali purificacio-
 ne se iungit: et tunc fit potentissimus dei populus: quando
 in unitatem sancte obediencie omnium fidelium corda conue-
 niunt. & in castris milicie Christiane similis ex omni parte pre-
 paratio & eadem ubique municio. fremat licet crucienti cru-
 enti hostis per uigil furor. et latebrosas undique pretendat in-
 sidias. neminem tamen capere neminem poterit uulnerare
 si nullum inermem nullum desidem nullum inuenerit ab opere
 pietatis exortem. Ad huius ergo inuicte pietatis potentiam
 dilectissimi et hoc nos solenne ieiunium septimi mensis in-
 uolat: ut a curis secularibus actibusque terrenis liberos ad do-
 minum animos erigamus. Et quia hanc intencionem semper
 necessariam non omnes possumus habere perpetuam sepiusque

per humanam fragilitate a supernis in terrena recidim⁹
istis saltem dieb⁹ qui nobis ad saluberrima sunt remedia
prestituti mundanis nos occupationibus subtrahamus :
aliquid temporis quod prosit ad bona eterna furemur. In
multis enim sicut scriptum est : offendimus omnes . et li
cet quotidiano dei munere a diuersis contaminationib⁹
emundemur . inherere tamen incautis annis plerūq⁹ ma
cule crassiores . quas oportet diligenciori cura ablui : et im
pendio maiore deleri . plenissima autem est peccatorum
abolitio quando totius ecclesie una est oratio : et una con
fessio Si enim duorū uel trium sancto pioq⁹ consensui om
nia que poposserint : dominus prestanda promittit quid
negabitur multorum milia plebi unam obseruanciam pari
ter exequenti : et per unū spiritū concorditer supplican
ti. Magnum est in conspectu domini dilectissimi ualdeq⁹
preziosum . cum totus populus Christi eisdem instat officiis
et in utroq⁹ sexu omnes gradus omnesq⁹ ordines eodem
cooperantur affectu . cū in declinando malo ac faciēdo bono
par cunctorum et una sententia est : cum in operibus ser
uorum glorificatur deus . et totius pietatis auctori in mul
taz actione gratiaz benedicitur : alitur esuriētes . uestiuntur
nudi . uisitantur infirmi . et nemo q⁹ suum est : querit : sed q⁹
alterius : dum ad releuandam alienam miseriam unicuiq⁹
mensura sua sufficit Et facile est inuenire hilarem dato
rem . ubi modum operis . ratio temperat facultatis. Per
hanc autem dei gratiā que operatur omnia in omnibus :
cōmunis fidelū fructus et cōmune fit meritum . quando
quidem potest et eorū par esse animus : quorum impar ē
reclusus . et cū alter de alterius letatur largitate : cui equa
ri non potuit impendio : aequatur effectu : Nil in tali po
pulo inornatum nichilq⁹ diuersū est : ubi ad unum pietatis
uigorē omnia sibi totius corporis mēbra consentiunt nec
de sua tenuitate confunditur . qui de aliorū opulencia glo
riatur Decus enim uniuersitatis est excellentia porcionis
et cum dei spiritu omnes agimur non solum illa nostra
sunt : que ipsi gerimus . sed etiā illa de quibus in aliorum
actione gaudemus Amplectamur igitur beatam istam sa

eratissime unitatis soliditatem .et solenne ieiunium con-
cordante proposito bone uoluntatis ineamus Nichil a quo
q̄ arduū nichil asperum queritur .Nec aliquid nobis q̄ ui-
res nostros excedat :inducitur siue in abstinence castigati-
one .siue in elemosine largitate Sciunt singuli quid pos-
sint :quidue non possint. Ipsi modulum suū pendant .tem-
pori iusta & rationabili taxatione se censeant ut sacrificiū
misericordie non cum tristitia offeratur .nec inter damna
numeretur Hoc pio impendatur operi .q̄ cor iustificet .q̄
conscientiam lauet .q̄ deniq; et accipienti profit et danti
felix quidem ille ē animus :multumq; mirabilis qui facul-
tatum defectionem benefaciendi amore non metuit et
daturum sibi eroganda non diffidit :a quo cum erogaret
accepit Sed quis cum magnanimitas ista paucorum ē ple-
num etiam pietatis est .ut suorum curam quisq; non dese-
rat .nos perfectiorib; non preiudicantes ea uos regula
generaliter exhortamur :ut mandatum dei secundum possi-
bilitatis uestre mensuram operemini .Hilarem enim beni-
uolentiam esse decet :que sic suam temperet largitatem .
ut de illa pauperū refectio gaudeat .& domestica sufficiens
non laboret Qui autem ministrat sementi seminanti et pa-
nem ad manducandū prestabit et multiplicabit sementem uest-
rum et incrementa frugum iusticie uestre Quarta igitur
et sexta feria ieiunemus Sabbato autem apud beatissimū
Petrum Apostolum pariter uigilias celebremus Cui; me-
ritis et oracionibus confidimus nobis per omnia miseri-
cordiam dei nostri esse prestandam . Per dominū nostrū
Jhm Xpm filiū tuū Qui uiuit & regnat in secla seclor. Amē:

De Ieiunio Septimi mensis Ciusdem Sermo Quartus

Redicationem nostram dilectissimi familiaris nobis
adiunat consuetudo . et ratio temporis commendat
officium sacerdotis .ne aut onerosum uideatur :aut arduū
quod et preceptum exigit legis :et deuotio temperat uo-
luntatis :que cum in unum gratia dei auxiliante conueniūt
nō littera occidit sed spiritus uiuificat Vbi autem spiritus

dei ibi libertas .que legē non timore exequitur. sed amo
re Obedientia eam mollit imperium .nec dura ibi necessi
tate seruitur: ubi diligitur: q̄ iubetur Cum ergo uos dilec
tissimi ad quedam que in ueteri testamento instituta sunt
cohortamur: Non Judaice uos obseruancie iugo subdimus
nec consuetudinem carnalis populi indicimus: excellit sup
illorū ieiunia continentia: Christiana. et si quid nobis atq̄
illis cōmune est in temporibus: non concordat in morib⁹
Habeant illi nudipedalia sua et in tristitia uultū ostendāt
otiosa ieiunia .nos in nullo ad habitus nostri honestatē di
miles nec a iustis et necessariis operibus abstinentes edē
di licentiam simpliciter peccata cohibemus: ut in usu ciborum
modus eligatur .non creatura damnetur: Quamuis enim
unicuiq̄ uestrum liberum sit uoluntariis castigacionib⁹ p
priū corpus afficere: et nunc moderatius nūc uero distric
tius repugnantēs spiritui carnales cōcupiscencias edoma
re: quib⁹dam tamē diebus ab omnibus oportet pariter
celebrari generale ieiunium. et tunc est efficacior sanctiorq̄
deuotio: quando in operibus pietatis totius Ecclesie un⁹
animus et unus est sensus. publica enim preferenda sunt
propriis .et ibi intelligenda est precipua ratio utilitatis
ubi uigilat cura communis Teneant igitur diligentia suā
obseruancie singulorum et contra nequicie spiritualis insi
dias implorato diuine protectionis auxilio celestis quisq̄
arma arripiat .Sed Ecclesiasticus miles etiam si speciali
bus preliis possit fortiter facere: tutius tamen et felicius
dimicabit si contra hostem palam in acie steterit: ubi nō
suis tantū uiribus certamen ineat .sed sub inuicti regis
imperio frateris consociatus agminibus bellum uniuersa
le conficiat Minore discrimine plures confluunt. cū hoste
q̄ singuli. nec facile patet uulneri. quem opposito scuto fi
dei non sua tantū sed etiā aliorū fortitudo defendit Ut ubi
est una omnium causa: sit una uictoria Quia igitur aduer
sarius noster insidiari uobis diuersa temptationum arte
non desinit: et hec est uersutiarum eius intencio: ut re
demptos Christi sanguine a mandatis dei possit abducere om
ni diligencia precauendū ē: ut nullis inimici iaculis uolue

127

remur Tela enim eius non sunt aspera corporis seu
 sibus sed unum carni ut anime noceant blandiuntur
 Trahunt oculos ad varias temptationes ut de mundi
 pulchritudine aut concupiscentie accendantur faces
 aut superstitionum gignantur errores Iulidioso enim
 sono et mollibus aëribus pullatur auditus : ut animi
 soliditas illecebrosa modulatione solvatur et in letaliū
 consuetudine suavitatum incauta et parum sobria cor
 da capiantur sed hos diaboli dolos inefficaces et irri
 tos faciunt diuine presidia gracie et euangelice prece
 pta doctrine Quoniam qui acceperunt spiritum sanc
 tum et a quibus timor domini non de pene formidine
 sed de dei caritate conceptus est illelo fidei pede la
 queos talium conterunt capcionum ut creaturarum
 omnium pulchritudine ad gloriam et laudem sui utan
 tur auctoris : eumq; diligāt sup omnia : per quem facta
 sunt omnia : In huius admiracōe dilectissimū omniū fide
 lium tendat affectio : de hoc sibi delectacōes non corrup
 tibiles sed eternales sapiens cōmēcia petat . et in a
 morem boni fine quo nullus est bonus in cōtaminata
 castitas inardescat Ad hoc enim tradita sunt exercitia
 Crīstiana ut reserata omni illicita uoluptate in san
 ctas et spirituales delicias estuemus : et cum nos oport
 eat semper studere uirtutibus quidam tamen dies
 sunt ad castigacionem communis obseruancie cōsecrati
 ut anima que terrenis adhuc desiderijs implicatur : et
 curis seculi impeditur : ex intervallo saltē ad diuina
 respiret. Et quia portio diuini agri est : dignos celesti
 hus horreis afferat fructus : Ibi enim spes est metē
 di. ubi fuerit diligencia seminandi : His dilectissimi ad
 profectū uestrū pro temporis occasione p̄strictis ieu
 niū uobis septimi mēsis indicimus in quo uos non solū
 de ciborum abstinentia sed etiam de pietatis operib⁹
 commonemus . ut q̄ uestris ulibus religiosa paritate
 subtrahitis in alimoniam pauperum et in cibos debiliū
 transferatis Omnibus quidem indigentibus generali
 beniuolencia consulentes sed maxime eorū memores

qui sunt de membris corporis Christi et nobis catholice
fidei unitate copulantur Plus enim debemus nostris
per consortio gratie quam alienis pro communione nature.
Abundet ergo in nobis dilectissimi benignitas christi-
ana et sicut recurrence anni tempora desideratis ut ple-
na sint fructibus. ita et corda uestra pascendis sint
fecunda pauperibus quibus utique potuit deus cuius sunt
omnia . necessariam conferre substantiam . et tales eis
tribuere facultates . ut in nullo uestris largicionibus
indigerent. sed et illis et nobis multa virtutum mate-
ria defuisset. si nec illos ad patientie coronam inopia exer-
ceret. nec vos ad misericordie gloriam inopia puocaret.
Mirabiliter autem providencia divina disposuit . ut esset
in Ecclesia et sancti pauperes . et divites boni qui in-
vicem sibi ex ipsa diversitate proderent. cum ad eter-
na et incorrupta premia promerenda deo gratias age-
rent accipientes . et deo gratias agerent largientes
quoniam sicut scriptum est . et patientia pauperum non
peribit in eternum . et hilarem datorem diligit deus .
Quarta igitur et sexta feria ieiunemus Sabbato vero
apud beatissimum Petrum Apostolum uigilias celebremus
sperantes nos ita eius oracionibus adiuvandos . ut deus
misericordiarum ieiunii nostri sacrificio placatus ex-
audiat . Per Christum dominum nostrum Amen

De ieiunio septimi mensis eiusdem Sermo Quintus

Ac ratum dilectissimi in septimo mense ieiunium
ad communis deuotionis exercitia predicamus
fidenter uos paternis cohortacionibus incitantes ut
quod fuit ante Iudaicum uestra fiat obseruancia Christianum
Est enim omni tempore aptum et testamento utrique
conueniens . ut per castigationem mentis et corporis
misericordia diuini queratur . quia nichil est efficacius
ad exorandum deum . quam ut homo ipse se iudicet et non
quod desinat a uenia postulanda qui se scit nunquam esse sine
culpa Habet enim hoc in se generaliter humana natu-

ra. non a creatore insitum. sed a purgatore cōtractum
 et in posteros generali lege trāssulum. ut de corruptibili
 corpore et q̄ animam corrumpere possit: oriatur hinc in
 terior homo si tamen iam in Christo regeneratus et a
 uinculis captiuitatis est erutus. assiduus habet cum carne
 conflictus et dum cohibet concupiscentem pariter repug
 nantem In qua discordia non facile obtinetur tam per
 fecta uictoria. ut etiam que sunt abrumpenda non alli
 gent et que sunt interficienda non uulnerent quātumli
 bet sapienter et prouide iudex animus suis exteriorib⁹
 prelit. Inter ipsas tamen curas atq̄ mensuras regende
 carnis et alende. nimis ei semper uicina temptatio est.
 Quis enim ita se aut a uoluptate corporis aut a dolore
 se iungit. ut ad ipsam mentem non pertineat: q̄ extrin
 secus aut blanditur. aut cruciat: Indiuisum est gaudiū
 indisereta tristitia: nichil in homine iracundia non accedit
 nichil leticia non resoluit. nichil egritudo non afficit. Et
 que illic declinatio potest esse peccati: ubi passio est et re
 gentis et subditi: Merito dominus protestatur q̄ spirit⁹
 quidem promptus est caro autem infirma. et ne usq̄ ad
 inertem desidiam desperatione ducamur: que impossibilia
 sunt homini ex imbecillitate ppria possibilia spondet uir
 tute diuina Augusta enim et arcta est uia que ducit ad ui
 tam. et nemo in ea gressus ferret. nemo uestigium pmo
 ueret. nisi difficiles aditus ipse se Christus uiam faciendo
 rederaret. Et autor itineris fiat possibilitas ambulantis
 quia idem et introducit ad laborem et perducit ad requi
 em In quo ergo nobis spes est eterne uite in eodem est
 forma patientie: Si enim compatimur: Et conregua
 bimur. quoniā ut apostolus ait. qui se dicit in Christo ma
 nere debet sicut ille ambulauit et ipse ābulare aliqui
 false professionis imagine utimur si eius nomine gloria
 mur eius instituta non sequimur que utiq̄ nobis onero
 sa non essent. et ab omnib⁹ periculis liberarent. Si nichil
 aliud q̄ quod amandum iubetur: Amaremus duo nam
 q̄ amores sunt: Ex quibus omnes prodeunt uolunta
 tes. ita diuerse qualit atibus sicut diuiduntur auctoribus

Racōnabilis enim anim⁹ qui sine dilectōne esse non potest
aut dei amator est aut mūdi. In dilectōe dei nulla nimia
In dilectōe autē mūdi cuncti sunt noxia. Et ideo eter
nis bonis inseparabiliter inherēdum: temporalibus uero trā
seunter utendum est. ut pegrinātibus nobis ad patriā
redire properantibus. Quicquid de prosperitatibus huius
mūdi occurrerit uaticinū sit itineris non illecebra mōdiōis.
ideo beatus Apostolus predicat dicens Tempus breue ē
reliquū est. ut qui habent uxores. tanq̃ non habētes sint
et qui flent tanq̃ non flentes et qui gaudent: tanq̃ non
gaudentes. et qui emunt. tanq̃ non possidentes: et qui
utuntur hoc mūdo: tanq̃ non utantur Preterit enim fi
gura mūdi huius sed quod de specie de copia de uarieta
te blanditur. non facile declinatur. nisi in illa uisibilium
pulebritudine creator potius q̃ creatura diligatur Qui cū
dicit. diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex
tota mente tua et ex tota uirtute tua in nullo nos uult
ab amoris sui uinculis relaxari et cū huic p̃cepto p̃mi
quodq̃ copulat caritatē. imitationem nobis sue bonitatis
indicit. ut quod diligit. diligamus. et quod opatur opere
mur. Quauis enim dei agricultura sumus. et dei edifica
tio. et neq̃ qui plantat sit aliquid: neq̃ qui rigat: sed qui
incrementū dat deus. in omnibus tamen exigit nostri mi
nistrii seruitutem. et nos dispensatores suoz uult esse
donoz. ut qui fert dei imaginem. dei faciat uoluntatē Pro
pter quod in oracione dominica sacratissime dicimus adue
niat regnū tuū. fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra
quibus uerbis quid postulamus aliud q̃ ut deus quē nec
dum sibi subdidit: subdat. et sicut in celo angelus ita et in
terra homines ministros sue faciat uoluntatis hoc autē
petentes amamus deum et proximū. et non diuersa in no
bis sed una dilectio est. quando et seruum seruire. et do
minum cupimus imperare hic igitur affectus dilectissimi
quo amor terrenus excluditur. bonoz operum consuetudi
ne roboratur: quia uerē ē ut bonis actibus consciēcia
delectetur et libenter faciat: quod fecisse se gaudeat Assu
mitur igitur ieiuniū. multiplicatur largicio iusticia custo

aitur. frequentatur oratio. sitq; ut singulorum desiderium
sit unum omnium votum. nutrit paciencie labor. mansuetudo
extinguit iram. benivolentia calcet inuidia. immunde cu-
piditates sanctis desideriis eueantur. auaricia liberalita-
te depellitur. et onera diuiciarum fiunt instrumenta uir-
tutu. sed quia insidie diaboli etiam inter talia studia non qui-
escunt. rectissime in quibusdam articulis temporis uigoris est
nostri reparatio instituta. ut ubi de clementia celi et uber-
tate agri potest mens presentium bonorum auda gloriari. et in
ampla horrea fructibus congregatis anime sue dicere. ha-
bes multa bona: epulare. ibi quondam increpacionem diui-
ne uocis accipiat. audiatq; dicentem stulte hac nocte reposca
animam tuam a te que autem preparasti. cuius erunt: Hec
sollicitissima meditatio debet esse sapientis. ut quoniam bre-
ues dies istius uite et incerta sunt spacia nunquam sit mors
morituro improuisa. nec inordinatum incidat finem. qui se
nouit esse mortalem. Quod ergo et satisfactioni corporum
et reparacioni prolit animarum. Quarta et sexta feria
ieiunemus Sabbato autem apud beatissimum Petrum Apo-
stolum uigilias celebremus eius oracionibus adiuuandi: ut
ut sanctorum desideriorum consequamur effectum: Per
Christum dominum nostrum. A M E N

De Ieiunio septimi mensis eiusdem Sermo Sextus

Quocionem fidelium dilectissimi nichil est in quo pro-
uidencia diuina non adiuuet. Siquidem exercendis
ad sanctimoniam mentibus atq; corporibus ipsa quoque mun-
di elementa famulantur. dum dixit ac mensum distincte ua-
riata reuolucio quasdam nobis paginas aperit preceptorum:
ut quod sacra admonet instituta. hoc quodam modo loqua-
tur et tempora. Unde cum septimum mensum nobis anni recur-
sus attulerit. non ignoro obseruanciam uestram ab celebra-
dum solenne ieiunium spiritaliter incitari. quoniam expe-
riendo didicistis quantum hec preparatio et exteriora et
interiora hominum purificet ut cum o licitis abstinentur
facilius illicitis resistatur. Continencie autem ratio dilectissimi

non in sola castigatione corporis nec in diminutione tantū
habetur esca. Maiora enim uirtutis istius bona ad illā
anime pertinent castitatem: que non solum carnis concupi
scencias conterit. sed & mundane sapientie uana contemnit
dicente Apostolo: Videte ne quis uos decipiat ꝑ philosophiā
et inane fallaciam secundum traditionem hominum. Con
tinendum ergo est a cibis sed multo magis ab erroribus:
ieiunandum ut mens nulli carnali dedita uoluptati: nullius
sit captiua mendacii quia sicut in p̄teritis ita et in nostris
diebus non desunt ueritatis inimici. qui intra catholicam
ecclesiam mouere audeant bella civilia. ut in consensū impi
orum dogmatum imperitos quosdam ducentes sibi gloriem
tur accrescere. q̄ a Crisi corpe potuerint separare Quid
enim tam aduersatur Prophetis. tam repugnat euangelis
tam deniq; est apostolice rebellis doctrine: q̄ in domino Je
su Christo ex Maria uirgine genito et sempiterno patri in
temporaliter cōeterno unam et singularem predicare natu
ram Quia si hominis tantum intelligenda est: Ubi est que
saluat deitas. si tantummodo dei ubi est que saluatur huma
nitas. fides autem Catholica que omnibus resistit errori
bus etiam simul istas impietates refutat. dampnans Nesto
rium diuina ab homine diuidentem detestans Euthyem in
diuinis humana uacuantem. quoniam ueri dei filius deus
uerus unitatem et equalitatem habens cum patre et spi
ritu sancto idem uerus homo esse dignatus est: nec concep
tu uirginis matris est seiunctus a carne nec partu. sic hu
manitatem sibi uiuens ut deus incommutabiliter perma
neret sic deitatem homini imparciens: ut eū glorificatione
non consumeret. sed augeret. Qui enim ē factus forma ser
ui forma dei esse non desistit. nec alter cum altero sed unus
in utroq; ē ut ex quo uerbum caro factum est. nullis dispen
sationum uarietatibus fides nostra turbetur. sed siue in
miraculis uirtutum siue in contumeliis passionum et deū
qui homo est. et hominem credimus esse: qm̄ deus est hanc
confessionem dilectissimi toto corde promentes impia here
ticorum commenta respuite. ut ieiunia et elemosine uestre
nullus erroris contagione polluantur Tunc enim & sacri

730

ficii munda est oblatio et misericordie sancta largitio quā
 do ii qui illa depēdūt : quid opentur intelligūt : Nam dicē
 te dño . nisi mādūcaueritis carnē filij hominis et biberitis
 eius sanguinē . nō habebitis uitā in uobis . sic sacre mēse com
 municare debetis : ut nichil p̄sus de ueritate corporis Xpi
 et sanguinis ābigatis . hoc em̄ ore sumitur : quod fide credi
 tur . et frustra ab illis amen respōdetur . a quib⁹ cōtra
 id quod accipitur disputatur . Dicēte autē ppheta . Beatus
 qui intelligit sup egenū et paup̄em . Ille circa paupes uel
 timētoꝝ et cibōꝝ laudabilis distributor ē . qui se Xpm in
 digētibus et uestre nouit : et pascere . qm̄ ut ip̄e ait . q̄diu
 uni fecistis de fratrib⁹ his meis michi fecistis . Ver⁹ itaq̃
 deus et uerus homo unus est Xpus diues in suis . pauper
 in nostris . dona accipiēs et dona diffundēs . Particeps mor
 talū . et uiuificatō mortuōꝝ : ut in nomine Jhu Xpi om̄e
 genu flectatur celestīū terrestriū et infernoꝝ : et omnis
 lingua cōfiteatur : quia dñs Jhesus Xpus in gloria est dei
 patris uiuēs et regnās cum sancto spū in sc̄la sc̄loꝝ Amen

De Ieiuniis septimi mēsis eiusdē sermo Septimus

Postolica institucō dilectissimi que dominum Jhm
 Xpm ad hoc uenisse in hunc mūdum nouerat ut le
 gem non solueret . sed impleret . ita ueteris testamēti sa
 crāmēta distinxit . ut quedam ex eis sicut erant condita
 euangelice erudicōi p̄futura decerpet . et que dudum fue
 rant cōsuetudinis iudaice : fierent obseruācie cristiane :
 Quāuis enim uarietates hostiarū differēcie baptismatum
 et otia sabbatoꝝ cum ipsa carnis circūcisiōe cessauerint .
 manēt tamen ex ip̄is uoluminib⁹ et apud nos p̄cepta plu
 rima moralia : Et cum inde dicatur diliges dominū deū
 tuum ex toto corde tuo : et diliges p̄ximū tuum sicut te
 ipsum Xpo domino dicēte cognouimus : q̄ in his duobus
 mandatis tota lex pendet et pphete . Tant⁹ est sub hui⁹
 gemine caritatis edicto utriusq̃ copula testamēti . ut sine
 itaq̃ cōnexionē uirtutū nec lex quemq̃ inueniatur iusti
 ficasse nec grācia : Ille quoq̃ partes legalū mādatoꝝ ex

quibus quedam precipiuntur ut fiant . quedam interdiciuntur
ut non fiant: antique autoritatis retinet firmitate . nec
ideo eis euangelica putanda e aduersa perfectio : quia et uir-
tutu studia ad uoluntaria incitantur augmenta: et ulcrones cri-
minum penitentie remedys relaxatur dicit enim dominus :
nisi habudaerit iusticia uestra plusq scribar et phariseoru
no intrabitis in regnu celoy : quomodo ergo habudaerit iusti-
cia nisi superexaltet misericordia : Et quid tam equum
quidue tam dignu est . qd ut creatura ad ymaginem et si-
militudinem dei condita suu imitetur autorem . qui repara-
tionem sanctificationis credencium in peccatorum remissione
constituit . ut remota seueritate uindictae omnis cessante
supplis reos innocentie redderetur . et finis criminum
fieret . origo uirtutu . Quid igitur dilectissimi ex ueteris
predicatione doctriane ad purificationem animarum corporumq
nostroy ieiunium septimi mensis assumimus: non legalib9
nos oneribus subicimus: sed utilitatem continencie que Cris-
ti euangelio seruit: amplectimur . quia in hoc potest sup scri-
bas et phariseos Crisiana abundare iusticia . non euacuan-
do legem sed intelligenciam refutando carnalem . nec em-
talia nostra debent esse ieiunia qualia erant illoy quibus
Elyas Propheta de spiritu sancto in se loquente dicebat
fleomenias uestras et Sabbata et diem magnum non susti-
neo . ieiunium et ferias et dies festos uestros odit anima
mea . Unde dominus ieiunandi formam discipulis tradens
Cum ieiunatis inquit nolite fieri sicut hypocrite tristes ex-
terminant enim facies suas ut appareant hominibus ieu-
nantes . Amen dico uobis: receperunt mercedem suam . quam
mercedem: nisi laudis humane . ppter cuius cupiditatem ius-
tie species plerumq ptenditur . et ubi nulla est cura con-
scientie amatur fallitas fame . ut iniquitas que occultatione
arguitur mendacii opinione letetur . rationale itaq sanctu
q ieiunium nulla laudis ostentacionisq tactantia polluat
nec bonum suum quisq fidelium de humanis uelit pedere
iudiciis . Diligenti deum sufficit ei placere . que diligit . quia
nulla maior expetenda est remuneracio . qd ipsa dilectio .
Sic enim caritas ex deo est . ut deus ipse sit caritas . Quod

73
nig pius et castus ita gaudet animus implere: ut in nullo
extra illum cupiat delectari. Vex namq est quod dicit dñs:
ubi thesaurus tuus: ibi et cor tuum. Quis autem est thesaur?
hominis nisi quedam fructuum eius congregatio. laborumq
collectio. Quod enim seminauerit quis. hoc & metet: et qua
le cuiusq opus. talis est et questus et ubi delectatio fruen
di constituitur: ibi cura cordis obstringitur. Sed cum multa
sint genera diuiciarum: dissimilesq materie gaudiorum the
saurus cuiq est sue cupiditatis affectus. qui si de appetitu
est terrenorum non beatos facit sui participatione sed mise
ros. hii uero qui ea que sursum sunt capiunt: non que super
terram. nec perituris intenti sunt. sed eternis. in illa
habent incorruptibiles reconditas facultates. De quo dicit
Propheta. Thesaur et sal? nostra aduenit. sapientia et disci
plina et pietas a dño. Hii sūt thesauri iusticie p quos auxi
liante gracia dei ecia terrena bona in celestia transferuntur
Dum multi diuicys aut iuste sibi relictis aut alter acquisitis
ad instrumētū pietatis utuntur. Cumq ad sustentacōm paupe
rum que possūt exuberare distribuūt cōgregant sibi inamif
sibiles facultates. ut qd addiderūt in elemosinis nullis pos
sit subiacere dispendys. et digne ibi habēt cor: ubi habent
thesaur suum. quia tales diuicias suas dignū et beatissimū
est exercere: ut crescant. et non timeret ne pereant.
Opērantes igitur dilectissimi quod bonum est ad omnes:
maxime eūt ad domesticos fidei septimū mensem ab initio
mylicum ppter septiformē spū et ipso sui ordinis numero
cōsecratū cōtinētie fructibus deputantes: Quarta et sexta
feria ieiunem?. Sabbato aut apud beatum Petz uigilias ce
lebremus cui? nobis oracōes suffragabūtur et merita: ut
quantūcūq fidelib? tribuitur bonū uelle tantū doneatur et
posse. Per dominum nostrū Ihesum Crisū filium tuum.
Qui terū uiuit et regnat in secula seculor. A M E N

De Ieiunio septimi mensis eiusdem sermo Octauus

Mis dilectissimi diuinor erudicō preceptor hoc ma
xime agit. apud corda credēcium ut amor prauus

recto amore superetur . et delectatōe iusticie peccādi cupiditas destruatur : dicēte scriptura . Post cōcupiscēcias tuas non eas . et a uolūtate tua mala auertere . Cum aut in animis hominū multe bone cōcupiscēcie sint . et laudabiles uolūtates . quid est quod iubetur . ut nostris non cōsēciamus affectibus . nisi q̄ ab illa cōcupiscēcia phibemur : et ab illa uolūtate reuocamur . cuius ortus ex nobis est : et ideo mala pōntiatur : quia nostra esse cōuincitur . Ad diuindēs igitur cōcupiscēciarū que sunt ex deo : bene homī dictum ē : Post cōcupiscēcias tuas non eas . ut quas cognouerit pprias sciat esse uitandas . Merito ergo dominus uoluit in oracōe quā tradidit : nos ad deum dicere : fiat uolūtās nostra . sed fiat uolūtās tua . hoc est nō illa quā caro incitat sed quam spiritus sanctus inspirat . Vnde aut hoc desiderium cōceptum sit . cui semp debeat repugnari . non difficulter intelligunt : qui se filios Ade esse nouerūt . et peccante humani generis patre non dubitant in ppagine uisatum esse : quod est in radice corruptum : Quāuis aut p̄ grāciam domini nostri Iesu Xpi in nouam creaturā trāsierim⁹ ex ueteri et imaginē terreni hōis homo celestis exuerit . donec tamē corpus mortale gestamus . necesse est ut contra carnis desideria dimitem⁹ . bonum est em̄ anime deo subdite timere ne cadat : et habere quod uiuat . qm̄ uirtus in infirmitate pficitur . et quod nos exercet cōtinēcia : hoc pducit ad gloriā . Abstinentum itaq̄ est dilectissimi ab hys que nobis noxie blandiuntur . et lex peccati que est in mēbris nostris dei lege supanda est : ut licet p̄ omnes sēsus corporis uane gloriā insidiantur illecebre . anim⁹ cui tātum sūmū bonū ē . uerū gaudium de⁹ est inter castas spiritualesq̄ delicias in sapientie latitudine et in ueritatis luce uersetur . Si enim seipm̄ rōnalis homo cōparet oīq̄ suorum actū qualitates uera in spectione diiudicet : uumquid in intīmis consciencie sue hoc dilectationis inueniet de iniquitate cōmissa : quod de equitate seruata : aut tantum ei iocūditatis carnalis uoluptas quantum spiritalis pariet appetitus . Nichil prorsus de uirtutum splendore attingit . nichil de suauitate pietatis gustat qui magis uult sordescere in iis que immūda sunt . q̄ in iis

splendere. que facta sunt: non sinit ratio ut in cordibus non ut
 quequaq; captivis ita placeat lasciata ira: ut remissa vindicta
 aut tantum generet gaudium mala quesita de alieno: quantum bo-
 na expensa de proprio: felicior semper est parca temperantia. quam
 effusa luxuria. maiorque est lux hominibus humilibus. quam super-
 bis. et sublimior mens que inter prohibita atque permessa cer-
 tius habet sperare celestia. quam amare terrena. Ut autem in
 hoc persequi animus religiosus excellat: et ius sue dominacionis
 obtineat. subigendo corpori castigatio est adhibenda ieiunii.
 Quod licet generali nomine ad omnem continentiam pertinere
 videatur: proprie tamen ad edendi diminutionem refertur. ut per
 sit nunc voluntate non sumere quod ab initio contra vetitum
 nocuit usurpasse. ut sicut illic concupiscentia vulnere ita hic
 abstinentia sit saluti. Cui medicine dilectissimi cum omne tem-
 pus sit congruum: hoc tamen habemus aptissimum: quod aposto-
 licis et legalibus institutis videmus electum: ut sicut in alijs
 anni diebus ita in mense septimo spiritualibus nos purificacoi-
 bus emendemus. Convenientibus autem in unum propositum tribus
 studijs oratione scilicet et elemosina atque ieiunio prestatitur
 nobis a misericordia deo et cohibito cupiditatu: et exauditione
 precum. et remissio peccatorum: Per dominum nostrum Iesum Christum
 Qui vivit et regnat in secula seculorum Amen

De Ieiunio Septimi Mensis Eiusdem Sermo Novus

Cito quidem dilectissimi plurimos vestrum in his que
 ad observantiam Christiane fidei pertinet. esse devotos.
 ut nostris cohortacibus non indigeant admoventi: Quod enim
 dudum et traditio derreunt: et consuetudo firmavit. nec ven-
 ditio ignorat. nec pietas pretermittit. Sed quia sacerdotalis
 officij est erga omnes Ecclesie filios curam habere communem
 ad id quod et rudibus placet et doctis. quos simul diligimus
 pariter incitamus. ut ieiunium quod nobis septimi mensis
 recursus indicit: fide alacri per castigacionem animi et corporis
 celebremus. Quamvis enim diminutio cibi carnem proprie
 videatur afficere: nichil tamen corporeis sensibus vel con-
 ditur vel negatur: quod non sicut ad servientem ita pertineat

ad iubentem Cum itaq; unusquisq; homo duplicem in se legē
habeat continencie . nichilq; actionū nostrarum ad solū cor
pus: multa autem ad solum referenda sint animum . prudē
ter debemus advertere q̄ indecens quamq; iniustum sit . si
quod a superiore indicitur . ab inferiore negligatur . Ut autē
mens rationalis salubriter exteriora castiget . debet etiam
ppria exercere ieiunia . quia non solum carnis desideriis sed
etiam animi cupiditatibus convenit repugnare: dicente scrip
tura . Post concupiscencias tuas non eas . et a voluntate tua
mala auertere . Ieiunās ergo ab hys que caro appetit . iei u
net et ab hys que male interior substantia concupiscit . pesti
mus enim anime est cibus . uelle quod non licet . et uoria
cordis delectatio est: que aut turpi lucro pascitur . aut su
pbia extollitur . aut adulacōne letatur . Quāuis enim hys
affectibus motus quoq; corporis seruiant . ad originē tamen
suam cuncta respiciunt . et ibi censetur qualitas adōis . ubi
inuenitur iniciū voluntatis : quā reuocare a prauis desideriis
optimū maximūq; ieiunium est . quia tunc est edendi abstine
tia fructuosa . quādo exterior parcitas a temperantia interi
ore preedit . Celebraturū igitur dilectissimi uerum et spirita
le ieiuniū qđ & corp⁹ & animū sui puritate sanctificet: cordis nos
tri secreta rimemur et quibus rebus aut cōtristētur . aut gau
deant iusto discutiām⁹ examine . Ac si quis amor uane glorie
si qua radix auaricie si quod inest uictus inuidie . nichil
taliū anima sumat escarum⁹ sed uirtutum intenta delicias
celestes epulas terrene preferat uoluptati . Agnoscat homo
sui generis dignitatem : facundq; se ad imaginem et simili
tudinem sui creatoris intelligat . nec ita de miseris quas p
perosum illud maximū et cōmune incidit : expauescat .
ut non se ad misericordiā sui autoris attollat : Ipse enim
dicit : Sancti estote : quoniā ego sanctus sum . hoc est me
diligite : et ab hys que michi displicent . abstinete . facite .
quod amo . amate . quod facio : Et cū uidetur difficile esse
quod iubeo ad iubentem recurrere . ut unde datur preceptū
prestetur auxilium . Non negabo opem . qui tribui uoluntatē
ieiunare ab aduersis abstinete a contrariis . Ego sum cibus
ueller et potus : nemo ea que mea sunt efficaciter cōcupiscit

Qui enim ad me tēdit. & mei participatione me querit. His
dilectissimi cohortationibus quibus nos ad bona intōmutabi
lia et ad gaudia inuitat eterna. plene sunt omnes diui
narum pagine litterarum. et ab hoc uobiscum agit testamē
ti utriusq; doctrina: ut inhereamus ueris. et contineamus
a uanis. Non enim comprehendī potest qđ promittitur: nisi
custoditū fuerit: quod iubetur. Quid iustius qđ ut homo cui?
fert imaginem: faciat uoluntatem. et per abstinenciam ri
bi ieiunet a lege peccati. Ideo enim ipsa continencie ob
seruancā quatuor est assignata temporibus. ut in ipsū tori
us anni. redeunte decursu cognosceremus nos indelētēter
purificationibus indigere. Semperq; esse nitendum dū hui?
uite uarietate iadamur: ut peccatū quod fragilitate carnis
et cupiditatum pollucione contrahitur. ieiuniis atq; elemo
sinis deleatur. Eluriamus paululum dilectissimi. et aliquan
tulum quod iuuandis possit prodesse pauperibus nostre cō
suetudini subtrahamus. deleatur consciencia benignorū fruc
tibus largitatis et gaudio tribuens quo es letificandus acci
pies. Dilectio proximi dilectio dei est qui plenitudinem le
gis et prophetarum in hac gemine caritatis unitate cōflā
tuit. ut nemo ambigeret: deo se offerre qđ hominī cōtulisset
dicente domino saluatore cum de alendis iuuandisq; pau
peribus loqueretur. Quod uni eorū fecistis. michi fecistis.
Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud
beatum Petrum Apostolum uigilias celebremus. cuius nos
meritis & oracionibus credimus adiuuandos: ut misericor
di deo ieiunio nostro & deuotione placeamus. Per dominū
nostꝝ Jesū Crīstū qui uiuit & regnat in secula seculorū. Amē

In festo omnium Sanctorum Lectio
Sancti Euangelii Secundum Matheum

In illo tempore uidens Jesus turbas. ascendit in mōtē &
cū sedisset. accesserunt ad eum discipuli ei. Et reliqua:

Omelia beati leonis pape eiusdem lectionis

P Redicente dilectissimi domino nostro Ihu Christo
Euangelium regni et diuersos per totam gallileā
curante languores in omnem se Syriam uirtutū eius fama
diffuderat. et multe ex uniuersa Judea turbe ad celestem
medicum cōfluebāt. Quia enim tarda est humane ignorācie
fides ad credenda que non uidet: ad speranda que nescit:
oportebat diuina eruditōe firmandos corporeis beneficijs
et uisibilibus miraculis incitari: ut cuius tam benigna ex
piebantur potentiam: non ambigerent salutarē esse doctri
nam. Ut ergo exteriores medelas dñs ad remedia interio
ra trāfferet: et post sanitates corporum curationes opera
retur animarū. Segregatus a circūstantibus turbis secessū
uicini mōtis ascēdit: aduocatis apostolis quos sublimiorib⁹
institutis ab edito mystice sedis imbueret. ex ipsa loci atq;
operis qualitate significans se esse qui Moysen quondam
suo dignatus fuisset alloquio: illic quidem terribiliore iusti
cia: hic autē sacratiore clemencia ut impleretur qđ fuerat
propheta Jeremia dicente promissum Ecce dies ueniūt. di
cit Dominus: et consumabo super domum Irahel et super
domum Iuda testamentum nouum. Post dies illos dicit
Dominus dabo leges meas in sensu ipsorum scribam eas.
Qui ergo locutus fuerat Moysi locutus est et Apostolis:
et in cordibus discipulorum uelox scribentis uerbi manus
nouī testamenti decreta cōdebat: nulla ut quōdam circūfusa
nubium crassitudine neq; per terribiles sonos atq; fulgores
populo ab accessu montis absterrito. sed patente ad aures
circūstantium tranquillitate colloqui ut per gracie lenitatē
remoueretur legis asperitas et spiritus adoptionis auferret
formidinē seruitutis. Qualis igitur doctrina sit xpī. sacre
ipsius sententie ptestantur ut qui ad eternam beatitudinē
peruenire desiderant. gradus felicissime ascensionis agnoscat
Beati inquit paupes spū quoniam ipsorum est regnū celoy
De quibus pauperibus ueritas loqueretur. forte esset am
biguum. si dicens beati paupes. nichil adderet de intelligen
da pauperū qualitate. et sufficere uideretur ad pmerēdum
regnum celorum: ea sola inopia quam multi sub graui et
duro necessitate patiuntur. Sed cum dicit⁹ beati pauperes

spiritu. ostendit eis regnum celorum tribuendum. quos hu-
 militas commendat animorum: magis q̄ indigencia facul-
 tatum. Dubitari autem nō potest. q̄ humilitatis istius bonū
 facilius pauperes q̄ diuites assequantur dum et illis in te-
 nuitate amica est mansuetudo. et istis in diuitiis familiaris
 elacio. Verumtamen et in plerisq̄ diuitibus inuenitur ut
 animus qui abundantia sua non ad tumore superbie sed ad
 opera benignitatis utatur. idq̄ p̄ lucris maximis numeret
 q̄ ad releuandam miseriam alieni laboris impēderit. Om-
 ni generi atq̄ ordini hominum datur in hac uirtute consor-
 cium. qui possint proposito esse pares. et impares censu. nec
 interest quantum sint in facultate terrena dissimiles: qui in
 spiritalib⁹ bonis inueniuntur equales. Beata igitur illa pau-
 pertas que rerum temporalium amore non capitur: nec mundi
 opibus augeri appetit sed celestibus bonis dilectere concupis-
 cit. Huius nobis magnanime paupertatis exemplum primi
 post dominum Apostoli prebuerunt: quia omnia sine differe-
 tia relinquentes ad uocē celestis magistri a captura piscium
 in piscatores hominum alacri conuersione mutati sunt. et mul-
 tos sui similes fidei sue imitatione fecerunt quando illis pri-
 micilia Ecclesie unum cor omnium et anima una erat cre-
 dencium: qui uniuersis suis rebus possessionibusq̄ distractis
 per deuotissimam paupertatem bonis ditabantur eternis: et
 ex Apostolica predicatione gaudebant nichil habere de mū-
 do: et omnia possidere cū Christo. Hinc beatus Petrus Apo-
 stolus cū ascendens in templū a claudo elemosinā posceretur.
 Argētū inquit et aurū nō ē meū q̄ autē habeo hoc tibi do. in
 nomine Ihu xpi Nazareni surge et ābula. quid hac humilita-
 te sublimis? quid hac paupertate locupletis? non habet presidia
 pecunie. sed habet dona nature. quem debilem edidit mater
 ex utero sanū fecit Petrus ex uerbo. et qui imaginē cesaris
 in nūmo non dedit imaginē Crissi in homine reformauit
 Huius autem thesauri opibus non solum ille adutus est
 cui gressus est redditus. Sed etiam quing. milia uirorum
 qui tunc ad exhortacionem apostoli eiusdē curacōis mira-
 culum crediderunt. et ille pauper qui non habebat quod pe-
 tenti daret. tantam dedit diuine gratie largitatē: ut quē

admodum unum hominem reintegrarat in pedibus : sic tot
nulla credentiū sanaret in cordibus : faceretq; eos in Xpo
alacres . quos in iudicia perfidia inueuerat claudicantes
Post predicationem huius felicissime paupertatis addidit do
minus dicens Beati qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur
Luctus hic dilectissimi cui consolatio eterna promittitur . nō
est cum mundi huius affectione cōmunis : Nec beatū quēq;
faciunt illa lamenta . que totius humani generis deploratiōe
funditur Alia ratio est sanctorum gemituum alia beatay cau
sa lacrimarum Religiosa tristitia aut alienū peccatū lugeat
aut proprium Nec de hoc dolet . qd diuina iusticia agitur :
sed de eo meret . qd humana iniquitate committitur . ubi ma
gis plangendus est faciens maligna qd paciens . quia iniudū
malicia sua mergit ad penam . iustum autem tolerantia ducit
ad gloriam Deinde ait dominus Beati mites . quoniam ipsi
hereditate possidebunt terram Mitibus atq; mansuetis hu
milibus ac modestis et ad omnium iniuriarum tolerantiam
preparatis possidenda terra promittitur Nec parua ē este
manda hec aut uilis hereditas : tanq; a celesti habitatione
discreta sit cum regnum celorum non alii intelligantur in
trare Terra autem promissa mitibus & in possessionem dan
da mansuetis caro sanctorum est : que ob humilitatis meri
tum felici resurrectione mutabitur . et immortalitatis gla
ria uestietur in nullo iam spiritui futura contraria et cum
uoluntate animi perfecte unitatis habitura consensū Tunc
enim exterior homo interioris hominis erit . quiesca et in
temerata possessio . tunc mens uidendo deo intenta nullis
corporee infirmitatis impediatur obstaculis . nec iā dici ne
cesse erit : corpus qd corrumpitur aggrauat animam . et ter
rena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem Quoni
am habitatori suo non reluctabitur terra nec immoderatū
aliquid contra imperiū sui rectoris audebit Possidebūt enī
illam mites pace perpetua et nichil unq; de eorum iure mi
nuetur Cum corruptibile hoc induerit incorruptionē & mor
tale hoc induerit immortalitē ut periculum uertatur in
premium . et qd fuit onerū sit honor Post hec addidit domi
nus : et dicit Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam . quoniā

ipsi saturabuntur. Nichil hec esuricio corporeum nichil ex-
petit sitis illa terrenum. sed iusticie bono desiderat sa-
turari. et in omnium oculorum introducta secretum ipso
domino optat impleri. felix mens que hunc concupiscit
tribum. et ad talem estuat potum. quem usque non expeteret
si nil de eius suauitate gustaret. Audiens autem dicentem
sibi propheticum spiritum. Gustate et uidete quoniam sua-
uis est dominus: accepit quandam superne dulcedinis poti-
onem: et in amorem superne voluptatis exarsit. ut spretis
omnibus temporalibus ad edendum bibendumque iusticiis toto at-
tenderetur affectu. et illius primi mandati apprehenderet
ueritatem dicentis. diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota mente tua et ex tota uirtute tua quoniam
nichil est aliud diligere deum quam amare iusticiam: denique si-
cut illic dilectioni dei proximi cura subiungitur: ita et hic
desiderio iusticie uirtus misericordie copulatur: et dicitur
Beati misericordes quoniam ipsorum miserebitur deus. Agnos-
ce cristiane tue sapientie dignitatem et qualium disciplinarum
artibus ad que premia uoceris. intellige Misericordem te
misericordia iustum uult te esse iusticia. ut in creatura sua
creator appereat. Et in speculo cordis humani per lineas
imitationis expressa dei imago resplendeat: Secura esto
operantium fides aderunt tibi desideria tua et iis amas:
sine fine poteris. Et quam tibi per elemosinam omnia manda-
ta sunt ad eam quoque beatitudinem que consequenter est peruen-
sa peruenies dicente domino Beati mundo corde quoniam
ipsi deum uidebunt. Magna felicitas dilectissimi cui tantum
premium preparatur. Quid ergo est habere cor mundum. nisi
eis que supradixi sunt. Audere uirtutibus. uidere autem deum
quante sit beatitudinis que mens concipere lingua explica-
re ualeat. Et tamen hoc consequetur cum transformabitur
humana natura: ut non iam per speculum in enigmate sed
facile ad faciem ipsam quem nullus hominum uidere potuit
sicuti est. uideat deitatem. Et quod oculus non uidit. nec au-
dis audiuit. nec in cor hominis ascendit: per ineffabile gau-
dium eterne contemplationis obtineat. merito hec beatitu-
do cordis permittitur puritati. Splendorem eius ueri luminis

sordens acies uidere non poterit. & q̄ erit iocunditas mentibus nitidis. hoc erit pena maculosis: Declinentur igitur terrenarum caligines uanitatum. et ab omni squalore iniquitatis oculi tergantur interiores: ut serenus intuitus tantum dei uisione p̄scatur. Ad hoc enim promerendū illud intelligimus pertinere: q̄ sequitur Beati pacifici: quoniā filii dei uocabuntur: Beatitudo ista dilectissimi non cuiuslibet confessionis aut qualiscumq; concordie est. sed illius de qua dicit Apostolus. pacem habete ad deum Et de qua dicit propheta Dauid. pax multa diligentibus legem tuam & nō est illis scandalum Hanc pacem etiam artificiosa amicitiarū uincula et indiscrete similitudines animorū non ueraciter sibi uendicant. si non cū dei uoluntate concordant Extra dignitatem pacis sunt improbarum parilitates cupiditatum fœdera scelerum: et pacta uiciorum Amor mundi cum dei amore non congruit. Nec ad societatem filiorum dei peruenit qui se a generatione carnali non diuidit. Qui autem semper cū deo mente sunt solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis nunq̄ ab eterna lege discenciunt fidei oratione dicentes fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. Hi sunt pacifici hi bene unanimēs sancteq; concordēs uocādi eterno nomine filii dei coheredes autem Christi quis hoc merebitur dilectio dei et proximi ut nullas iam aduersitates sentiat nulla scandala pertimescat. sed finito omniū temptationum certamine in tranquillissima dei pace requiescat Per dominum nostrum Ihesum Christum filium tuū Qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum Amen

Tractatus Beati Leonis Pape contra heresim Eutichetis habitus Rome in Basilica Sancte Anastasie

Sicut peritorum dilectissimi prudentumq; medicorū est passionēs infirmitatis humane remediis preuenire: Et quemadmodum saluti contraria declinetur ostendere. Ita pastoralis officii est ne dominico gregi heretica malignitas nocent: providere et qualiter lupos et latrones

136
improbitas sit cauenda demonstrare: quia nunq̃ potuit he-
retica impietas sic latere: ut nō a sanctis patribus nostris
et semper deprehensa sit. et iure damnata. Sollicitudinē
istā nostram quam dilectioni uestre impendim⁹ latere nō
potuit: quosdam Egyptios precipue negotiatores ad urbem
uenisse eaq̃ que alexandrie scelesse ab hereticis sunt admis-
sa defendere asserentes solam deitatis in Cristo fuisse na-
turam nec carnis humane quam sumpsit ex beata uirgine
Maria habuisse penitus ueritatem que impietas et falsum
hominem. et deum dicit esse possibilem. Quod quo audeant
animo quoue consilio dubitare non possumus. Quia enim
ipsi a ueritate euangelii recesserunt et mendacia diaboli sūt
secuti in alios quoq̃ uolunt socios sue perditionis efficere: &
ideo fraterna nos et paterna sollicitudine commonemus
ut inimicos Catholice fidei hostes. Ecclesie incarnationis
dominice negatores & instituto a sanctis Apostolis symbo-
lo repugnantes in nullum recipiatis consensiois affectū di-
cente Apostolo hereticum hominem post unam et secundam
correctionem deuota: sciens quia qui huiusmodi ē. subuers⁹
est. et delinquit p̃prio iudicio cōdemnatus. Propria enim
pertinacia perit. et sua a cristo discedit insana. qui eam
impietate per quam ante se multos scit perisse. sectatur
et religiosum sibi atq̃ catholicum putat id q̃ sanctorū pa-
trum iudicio et in Photini perfidia et in Manichei demen-
tia et in Apollinaris insania constat esse damnatū. ut adhuc
quasi noue et uedū dammate in perniciem animarū suarū
conscience prauitati. qui incarnationis dominice denegante
sacramentum. Quasi aliud tota euangelii lectione docce-
mur q̃ hoc uno diuine misericordie sacramento humanum
genus in his qui credunt esse saluatum. q̃ unigenitus dei
filius equalis per omnia patri nostre assumptione substan-
cie manens q̃ erat. dignatus est esse q̃ non erat. uerus sci-
licet homo uerus deus qui absq̃ cuiusq̃ sordis peccati inte-
gram sibi nostram perfectamq̃ naturam ueritate et anime
carnis uniuir. Et intra uterum beate uirginis matris spi-
ritus sancti uirtute conceptus nec editionē partus nec pri-
mordia fastidiuit infancie. ut uerbum dei patris humanam

sibi inesse substantiâ et deitatis potencie et carnis infirmitate loqueretur De corpore hñs corporeas actiones et spirituales de deitate uirtutes: Quam quippe ē esurire et sitire et dormire humanū ē metuerē flere tristari humanū ē deniq; crucifigi mori atq; sepeliri. Sed diuinum est super mare ambulare: aquam in uinum conuertere. mortuos suscitare mundum propria morte tremefacere: et cum uiuificata sup omnem celorum altitudinē carne conscendere: ut qui hoc credunt. dubitare nō possint quid humanitati ascribere quid debeant assignare deitati. quoniam in utroq; unus est crīd; qui et deitatis sue potenciam non amisit: et ueritatem perfecti hominis nascendo suscepit: Hos autem dilectissimi de quibus loquimur tanq; uenenum mortiferum fugite. exerramini. declinate. et ab eorum colloquiis si increpati a nobis corrigi noluerint: abstinete: Quoniam sicut scriptum est: sermo eorum serpit ut cancer. iusto enim iudicio ab ecclesie unitate reiectis nulla est tribuenda communio quā nō nostris odiis sed suis sceleribus perdiderunt Vos ergo dilecti deo et Apostolico testimonio comprobati quibus beatus Apostolus dicit Quoniam fides uestra annuntiatur uniuerso mundo: custodite in uobis. quod tantum predcatorem agnoscitis sensisse de uobis nemo uesty efficiatur huius laudis alienus. ut quos per tot secula docente sancto spiritu heresis nulla uiolauit: ne Eutichyane quidem impietatis possint maculare contagia. Confidimus autem q; protectio dei corda uestra fidemq; custodiat. ut cui hactenus fideliter obedistis: in eternū pseruante catholice fide obseruancia placeatis Per Christum dominum nostrum Amen

Item sermo beati Leonis Pape de Absalon
quomodo dauid patrem suum persequabatur

†
P Erdidit absalon sceleratissimus mentem perdidit sensum. amisit consilium: insecatur patrem. fugat innocentem. insequitur genitorem. usurpat imperium. potestatem corripit: regnum inuadit. non ut cum patre societatem regni iniret. sed ut totum regnum patris saguine possideret Per

stult. inq. Absalon consiliū dū parricidio mereri cupit im-
 perium. Amisit sensum dū per exicium patris consequi de-
 siderat regnum festinat. properat. querit innocentem op-
 primere. reus patre superstitie moritur? At contra dauid
 humilis ac mitis cedit homo: persequentem fugit. declinat
 hostē: relinquit affectus. ne aut parricide interitus ei luc-
 rum afferret: aut peremptio eius reum filium exhiberet.
 Vult furorem filij fugiendo compescere. desiderat declinā-
 do parricide seuiam temperare. Sed crudelitas mente
 concepta tamen sedari non potuit quā immanis seuiam ad
 perficiendum facinus prouocauit O innocencia quantum
 apud reos periculi suscipis quantum molestie per flagitia
 sos incurris Dauid sanctissimus tot dementes exercitus
 quia non relinquit. tot populorum rabiem quia non lesit in-
 curret Absalon unus est reus et infelix. et uniuersus cō-
 tra patrem spirat exercitus. Armantur in eodem patris
 funeste multorum manus prouocantur innocentem ulcisci
 facinus alienum unius parricide furor. tot milia insanire
 compellit unius dementia dementes efficit multos O sen-
 dit enim dauid filium quia fratris noluit in eum ulcisci
 parridium Semper enim scelera dum non resciuntur ui-
 crescunt: et in augmento facinorum prosiliunt. quotiens se-
 datur impunitate peccatum Dum enim in Absalon fratris
 occisi facinus non uindicatur in parridium patris recidit
 facinus iteratur Vos uosinq. exercit? infelices ad moneo
 nos affectu pietatis exhortor: cur in alienum facinus irru-
 itis: cur furentis insaniam adiuuatis. Cur parricide similes
 ac dementes existitis: Deserite queso deserite reum dese-
 rite nouo supplicio morituum. forsitan enim si deseritis
 cessabit. qui ut auderet uester numerus prouocauit. certe
 solus perest qui nature uim debellat. solus concidat. qui
 pietatem patris impugnat: Aut enim cessabit dum penitet
 aut perseverabit et periet Ego autem doleo reum: doleo
 impium: doleo nouo supplicio morituum. Quis te in hoc
 facinus parricida teterrime prosilire docuit Quis te furo-
 re audere tam humane facinus prouocauit Si offendit pa-
 ter est Si lesit genitor Quinimo nec offendit nec lesit.

Vincat furorem pietas. affectus insaniam superet Crude-
litatem natura debellet. aut numquid te pater. quia non
lesit offendit. aut idcirco te offendit : quia non lesit. quia
forsitan non offenderet si. Lesisset Redde affectus exhi-
be pietatem. tibi parcis dum a patre manus auertis quem
defendere deberes si quod audes alterum audens cogno-
uisses Ubi iam solacium patres. ubi presidium genitores
inuenient. si filios senserint parricidas : aut quando ex-
terna tuta sunt. si domestica nobis obliuiscunt. Bestie et
mure pecudes pietates iura conseruant. et quibus natura
denegat rationem. non tamen denegat pietatem Innocen-
tem perimere nephas est patrem occidere scelus propheta
ingulare facinus inauditum : et ante hoc tempus mortali-
bus cunctis ignotum Sed cessa iam ab isto scelere cessa.
ne semper te homines omnes exhorreant. ne audaces ex te
qui non nouerunt discant. Cessa inquam. ne qui post te tantum
facinus perpetrarit. te utatur auctore. Cur mundo facinus
nouum tradis Cur doces qui pietatis natura non uouit Cur
cupis qui pietas ipsa horrescit Cur audes perficere. quod
nouo supplicio cogatur dominus uindicare. Inter ea parrici-
de furor non minuitur. non refrenatur : ardescit in peius
in maius accenditur Cupit facinus conceptum implere. de-
siderat scelus dispositum instantissime perpetrare perpetranti
in nephas tarda sunt cuncta : festinanti ad facinus unde-
tur remorari disposita. Cupit parricidium ante complere
quam agat festinat patrem ante intercipere quam occidere : Sinit
laguinem patris. cruorem appetit genitoris. timet differre
uel modicum ne aut ita remorata deficiat. aut furia dilata
laguescat. disponitur prope bellum. acies dirigitur : pugna
paratur. cognate classes in semet ardescunt Inde parricida
exercitum contra patrem inflammat Hinc dauid ut parca-
tur filio abeuntes duces exorat Parricide inquit filio meo
Absalon Inde clemencia contra genitorem insurgit Hinc cle-
mencia ut parricide parcatur exposcit : Inde furor hinc pi-
etas operatur. inde insaniam. hinc misericordia interponitur
Inde crudelitas hinc bonitas ostendatur. parricida non lesus
insanit Dauid seditur et misescit : debellatur ab impietate

pietas nec mouetur pietas patris nec gladio vincitur nec
terrore mutatur parricida nec ratione frangitur. nec immi-
nenti interitu deterretur Obduratur in penam in suppli-
cium cogitur. nec salutem iam in aliquo meretur. qui pa-
trē salute iam spoliare conatur Respice iam scelestissime
hostis nephande. iam respice parricida Respice usquequag-
inā quasi in te cuncta conuerti. Respice contra te et ipsa
rerum natura pugnat: et quamuis contra te dimicet re-
lum: moueatur terra: exercitus pugnet: tamen aliud igno-
tum te et opinatum sustinet bellum. aliud tibi paratum
iam est prelium: quod fugientem excipiat perpetrantem
interimat festinante occidit: nō eminus exeret? raris
quos conspiris quos aut tuus furor contra patrē armavit
aut patris cōtra te necessitas puocauit. qui quis digne cō-
tra te exerant gladios uibrent enses. lanceas torqueant
ut dolor lesi patris tuo interitu diluatur tamen te fugien-
tem arbor excipiet rami interimant ligna suspendent Ad-
est inq̃ arbor que nec patrem ut tibi parcat audunt. et
iussu dei implere contendit. nec poteris hoc bellum impuni-
tus euadere qui genitori necem conatus es irrogare Egi-
tur commisso bello prosteruantur hostes. aduersi cadunt
inimici uincuntur. nudatur hostis: deseritur medicina par-
ricida. iam suam in suis concipit penam iam supplicium de-
bitum sibi suorum interitu recognoscit iam timet. iam for-
midat. iam proprium meditat interitum. Deinde animal
petit. mulam conscendit: dat in se fugam precipitem para-
tam prope festinat ad arborem cui traditur et ictu uiolē-
to immittus a sale subducto et subter in campis elapso inse-
ritur ramis obligatur lignis transfixo gutture pēdens ac
colligatus: Jam mortuus ab omnibus inuenitur. quem iā
nec celum potuit conspicere uiuum. nec terra ulterius sus-
tinere O nephandum meritum parricide iniuriam patris
non pugnantis gladius. non hostilis manus. non iaculantis
ictus defendit. sed uindictant ligna ulciscitur arbor. rami
defendunt. nec est ulla creatura que mota non fuerit. cum
ipsum dominum senserit moueri auctorem Ideo redeunt
cuncti de bello parricida auctore belli prostrato. Cuius sa-

grave scelus diluitur cuius supplicio immanis crudelitas se
 pelitur : Gaudent omnes cuncti letantur : Solus dauid plan
 git filium : parricide lamentatur interitum : Quid plangis
 gloriose pater : quid lamentaris quasi absalon quod ausus
 est comprobareis Quid flet scelestū. quasi eum perpetrare
 uolueris parricidium frangitur gloria uictoris exercitus
 dum fletur hostis interritus. nec leticia esse poterit in uic
 toria dū parricide plangitur pena Ille tuus non fuit filius
 qui ius patris altissimi uiolauit Te non contēperunt exer
 tus. non duces quibus pro tam scelesto mandasti. sed illa
 arbor illa te ulla est. illa defendit illa lesi patris iniuriā
 que te non audierat uindicaui Defensio tua saturitatem
 patribus attulit. et parricidarū audaciam remouit per te
 iniuria nature defensa est : et paterna pietas reuocata No
 uo enim supplicio debuit interire. qui seculo nouum scelus
 per patris exitum uoluit intulisse . Ihesus Christus Maria

